CAROLVS DIVINA CLEMENT.
Electus Romanorum imperator, semper Augus
Hispaniæ, vtriusq; Siciliæ &c. Rex, Archidux Aust
Dux Burgundiæ &c.



ONORABILIS, FIDELI
lecte. Plurimum nos delectauit Para
tua in Euangeliũ diui Matthæi n
non tã quia nomini nr̃o dicata e
grauiũ doctorũq; virorũ iudicio n
te laudat: eo maxime noĩe, qđ insig
dã eruditione Euãgelicæ doctrinæ puritatẽ exprimẽs
rũ vtilitatis sacræ Theologiæ studiosis, ac vniuersæ C
næ religioni sit allatura. Nã cũ in reliqs studiorũ tuor
mẽtis, vbiq; celebratis, magnã laudẽ merearis: nullã t
niorẽ, vberiorẽq;, quã ex istis tuis Paraphrasib9 tulisi
ris. Agnoscim9 autẽ priuatim multas & excellẽtes ing
dotes, partim illustriss. memoriæ regi patri nr̃o, partim
rep̃sentatas. Nã & illi panegyricũ, & nobis institutionẽ
& Christiani principis exhibuisti: nõ tantũ in splẽdor
nr̃i, sed etiã ad vtilitatẽ posterorũ. Ergo itereſſe dignitat
arbitramur p occasiones oẽm tibi gratitudinẽ ostẽdere,
gẽtes nimirũ magnã ingeniorũ fœlicitatẽ hanc esse, vt
virtutũ amãtẽ principẽ experiant̃. Interea piis conatib
posito isti tuo tã recto & vtili modis oĩb9 fauebim9,
musq; quicqd in Christi honorẽ & christianoi ũ esse
factũ audiem9. Datũ Bruxellæ, prima April. M. D. xx.

Charles.

INVICTISSIMO CAESARI CAROLO, eius nominis quinto, D. ERASMVS ROTERODAMVS. S.D.



AVD QVAQVAM ignarus CAROLE CAESAR inuictissime, quanta religio, quantaq; reuerentia debeatur, quū omnibus sacris literis, quas nobis sancti patres diuini numinis afflatu prodiderunt: tum pręcipue iis, quæ nobis bona fide referunt, quæ pater ille cœlestis ad totius orbis salutem per filium suum Iesum, vel gessit, vel proloquutus est: simulq; conscius indignitatis propriæ, quum ante annos aliquot primum admolirer manū Epistolis Paulinis, Paraphrasi explanandis (nam id mihi tum vltro suggessit impetus animi) videbar mihi facinus aggredi vehemēter audax, & improbū, ac ...osæ, quod aiunt, aleæ: adeo vt posteaq; in vno ... capite fecisset... opis periculū, plane cōtractis velis

velis destiturus fuerim ab instituto cursu, ni me mirꝰ amicorꝝ eruditorꝝ cōsensus, vt pergerē, ppulisset. Nec mihi licuit per horū efflagitatiōes cōquiescere, donec quicquid esset apostolicarum epistolarꝝ absoluissem, quum ipe nō sumpsissem tractādas, nisi eas, quae citra cōtrouersiam a Paulo cōscriptae sunt. Non semp mihi prospere cessit amicorꝝ instigatiōibꝰ obsequundast. Sed hac tñ in re mihi gratulatus sum eam audaciarꝝ expectatione fuisse feliciorem: tum autori, cui minimum peperit inuidiae, tum euangelicae philosophiae cādidatis, qui mihi certatim gratias agunt, quod hac mea industria ad cognitionem apostolicae sapientiae, vel excitati sint vel adiuti. Sed hac defunctus prouincia, non expectabam posthac vnquam mihi rē fore cum hoc scripti genere. Et ecce R.D. Matthaeus Cardinalis Sedunensis, cuius hortatu perfeceram epistolas canonicas, quum illum ē Vuormaciensi cōcilio reuersum salutandi gratia conuenissem Bruxelle, primo statim colloquio, velut hoc meditatus incipit hortari vt quod fecissem in epistolas apostolicas, idem facerē in Euangelium Matthaei. Ego protinus excusare multa, plus satis audax fuisse facinus, quod id tentassem in apostolicas literas: viros quidē diuinos apostolos, sed tñ homines fuisse. Ceterum Christi maiestatē esse maiorem, quā vt in huius verbis idem audere fas sit. Quod si nos non submoueret operis maiestas,

men argumēti naturā refragari, nec admittere para-phrastē: nō tm̄ ob hoc, qđ hic variæ sint psonæ, qb9 dū necessario attemperat̄ oratio, fit vt intra cancellos arctissimos cohibeat̄ calam9 nimis exclusus ab ea libertate, quā admittunt reliqua cōmentarioꝝ genera. Nā & paraphrasis cōmētarii genus est. Deinde quum bona pars Euāgelii cōstet narratiōe rerū gestaꝝ, eaq; simplici ac plana, fortassis videbit̄ hic paraphrastes nihil aliud quā lucernā accēdere in meridie, iuxta Græcorum prouerbiū. Iam quū veterçs in allegoriis explicandis, partim varient, partim sic agant, vt mihi non nunq̄ ludere videantur: nec mihi licuerit eas nisi sub persona vel Christi, vel Euangelistę referre palam est, in quātis angustiis essem versaturus. Omitto q̄ Christus quædā ita locutus est, vt tum quum diceret intelligi noluerit, quod genus est illud. Soluite templum hoc, & in triduo ædificabo illud. Rursum de emendo gladio, de fermento pharisæorum vitando. Porrò in eo sermone quo prædicit excidium vrbis Hierosolymitanæ, finē huius mūdi, & afflictiones olim apostolis euēturas, ita miscet ac tēperat sermonē Iesus, vt mihi videat̄, nō solū Apostolis, sed nobis etiā obscurus esse voluisse. Sūt rursus loca quædam mea sententia prorsus inexplicabilia, quorū est de peccato ī spiritū sanctū nūq̄ remittēdo, de die supremo, quē solus pater norit, etiā filio incognitum. Hic in cōmentariis

libet

libet absq; piculo referre sentētias diuersorū diuersas, licet ingenue fateri locū tibi nō liquere. At idē ius nō est paraphrastæ: pterea sunt q̄dam ita dicta, vt ad hæc quoq; tpa ptineāt, ~~in quib⁹ plurima sunt ab aplicis ī stitutis dissidētia~~. Hęc vt spū pphetico pscierint Euāgelistę, certe sub illorꝝ psona nō possunt narrari nisi frigide & coacte. Mouebat & illud animū meū. Si in solū Matthęū hoc opꝫ sumerē, fore ptin⁹, q idē efflagitarēt in cęteros Euāgelistas. Quorꝝ volūtati si more gererē futurū vt mihi sæpi⁹ eadē essent repetēda, nimirū oīa in quib⁹ inter se cōsentiūt Euāgelistę. Sin ex oibus ppetuā quādā narratiōis seriē cōtexerē, quū explicare dissonātes locos in Euāgelistis nihil aliud sit, q̄ in labyritho q̄dā versari, nō potuissem seruire per spicuitati paraphraseos. His & huiusmodi plurimis argumētis quū depcarer delatā puinciā, mihiq; viderer habere causam bonā ac vincibilē: tñ ille vicit facūdia, vicit autoritate: toti⁹ negocii piculū & aleā in sese recipiēs. Nec ausus sum diuti⁹ illi⁹ viri reluctari cōsilio, cuius cōsiliis tua maiestas grauissimis ī reb⁹ solet nō illibēter obtēperare. Et tñ quū ego nō plane recepissē negociū, sed tñ pollicit⁹ essem aliqñ conaturꝝ me, si for te pcederet, ille Mediolanū se cōferēs, meo noīe spopōderat Germanis op⁹, hac hyeme pditurū. Itaq; quū ipe Basileā repeto, sic vrgebar vndiq; a Germanis meis, flagitatorib⁹ nō parꝝ iprobis: vt quo fidē illius ac

meã liberarem, opus mẽstruo ferme labore pfecerim. Vtinã sit oĩbus felix illius imperiũ ac meũ obsequiũ & spero fore, si tua maiestas hoc munusculũ sibi dicatũ agnoscet. Sed hic fortasse dicet aliqs qui te nõ alio titulo quã Cæsaris nouit, qd hoc argumẽtum ad prophanum principẽ, qđ magis cõueniebat abbatibus, aut episcopis consecrare? Primum mihi videť apte datum, quicquid honestũ offerť Christiano pricipi. Ad hęc quũ nullus princeps tã prophanus sit, vt ab Euãgelii pfessione sit alienus. Cęsares in hoc vnguntť & cõsecrantť, vt euangelicã religionẽ vel tueantť, vel sarciant, vel propagent. Itaq; non doctor est Euangelii Cæsar, sed propugnator: fateor, sed interim par est nõ ignorare quale sit, ꝓ quo sumis arma. Porrò quum tuum istum animum contemplor sic religioni pietatiq; deditum, vt episcopis & abbatib9 ad pietatis studium vel regula possit esse, vel calcar: non mihi visus sum vlli cõgruẽtius hoc munus dedicaturus quã tuæ maiestati. Proĩde quod apte dicatur9 eram Christiano principi, aptius Cęsari, aptissime dico CAROLO. Minus apta deferũt, qui gẽmas raras, qui feroces caballos, qui canes venatorios, qui aulæa barbarica largiuntť. Iã quũ Euãgelistæ nulli nõ scripserint Euãgeliũ: nõ video quo min9 sit ab oĩb9 legẽdũ. Et nos ita tractauimus vt & ab illiteratis possit intelligi. Legeť autẽ summo cum fructu, si quisq; hoc animo sumet in

in manus, vt seipso reddatur melior: nec euangelicam scripturam ad suos accommodet affectus, sed suam vitam, suasq; cupiditates ad huius regulā corrigat. Nos in hoc opere potissimū sequuti sumus Origenem rei theologicæ longe peritissimū, Chrysostomū ac Hieronymū ex orthodoxis probatissimos. Det tibi Cæsar augustissime cœlestis ille prīceps ea velle, conariq; quę sunt optima: atq; idē tuos conat⁹ bene fortunet, vt amplissimum imperiū, qđ citra sanguinis humani iacturā hactenus contigit, possis itidē vel ꝓpagare vel tueri. Illud interim semp meminerit tua clemētia, nullum bellū neq; tam iustis de causis suscipi, neq; tā moderate geri, qđ nō ingens & scelerum & calamitatum agmen secum trahat: tum maximam malorū partem ad innoxios & indignos recidere. Basileæ. Id. Ian. An. M.D.XXII.

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S.D.



[redacted]

[redacted] potissimū [redacted] ingeniū adferāt [redacted] pli/ [redacted] ætatem fo/ [redacted] illis cōsenuerit, [redacted] & [redacted] de pcipuo legis [redacted] apte [redacted] vidētes non videbant [redacted] fordibus [redacted] intelligebāt, q mentē haberēt [redacted] tenebris [redacted] Christo [redacted] tenebāt, eos [redacted] & [redacted] Sed [redacted] in perniciē, quod [redacted] pte [redacted]

[redacted]

IN EVANGELIVM MATTHAEI PARAPHRASIS, PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Auctorem damnatum



I MORTALES TAM ardentibus studiis amplectuntur librum humana proditũ industria, qui vel tuendæ sanciendęve valetudinis ratione, vel augẽdæ rei familiaris viã, vel aliam aliquam disciplinã ad terrena modo cõmoda cõducibilem pollicetur, quanto flagrantioribus studiis hic liber est ab omnibus excipiendus, cuius vtilitas ex æquo pertinet ad omnes, nec humana commoda, moxq; peritura promittit. Sed cœlestem philosophiã a cœlesti doctore Iesu Christo mortalium generi traditam docet, & huius admirabile præmium pollicetur: non opes, non regnum, non voluptates, sed verã atq; æternam fœlicitatem, atq; ad hanc expeditam ac facilem omnibus viam cõmonstrat, & autorem indicat, per quem nulli non est parata salus, extra quem nulli est sperãda salus. Quis autem est hominũ quem non excitet tanti boni certa spes: quantumvis barba

rus sit aut idiota. Hãc fœlicitatē quā nec human⁹ conatus, nec laboriosa philosophorũ idustria, nec supstitiosa gentiũ religio, nec Mosaicę legis q̄libet diligēs obseruatio præstare potuerũt ad plenũ, deus omniũ rerũ & visibiũ & inuisibiliũ cõditor, seruator, moderator, ac vindex, olim per omniũ prophetarũ ora, quos spiritu suo cœlesti afflauerat, toti quidē orbi, sed peculiarius Iudaicæ gēti, q̄ tum ecclesię Christianę mox per orbē vniuersum propagādæ, gerebat imaginē, varijs figurarũ inuolucris atq; vmbris designans, ac veluti præludēs, quicqd nũc per filiũ suũ Iesum Christũ sublatis ęnigmatis pàlā exhibuit mũdo, qui sic hui⁹ gratuitæ fœlicitatis nũci⁹ fuit, dei patris noīe legatũ agēs in terris, vt idē esset & philosophię salutiferæ doctor, ipse exēplar, ipse præmiũ & pign⁹ & spõsor & autor. Passus est enim deus arcano suo & humanis ingeniis inscrutabili cõsilio mortaliũ genus suæ stirpis autorē primũ ingenio referēs & ad vitia pcline, diu falsis religionibus, variisq; vitæ vitiis, & improbis cupiditatibus inuolui, quo tēpore hoc optatissimo, qđ diuina sapiētia rerũ omniũ moderatrix sibi præscripserat, vniuersi tãto magis sitientib⁹ & cõsentientib⁹ animis hãc vere salutiferā & efficacē philosophiā amplecterētur, posteaquā cõperissent sese, neq; per ea cõmoda præsidiaq;, quæ mũdus hic præcipua pollicet̃, neq; per tot philosophorũ accurata dogmata, neq; per tot religionum

num species, neq; per Mosaicæ legis sectã obseruatio nem ad verã pietatẽ verãq; fœlicitatem potuisse pertin gere, imò hoc magis inuolui vitiis & cupiditatibus, quo vehemẽtius humanis freti præsidiis cõtenderent ad innocentiã ac fœlicitatẽ. Proinde si Iudæi, quos maxime cõueniebat amplecti, quod toties ꝑmissum, tot sæculis exoptatũ offertur, soli negligunt tantũ bonũ, quod gratis exponitur omnib9, maluntq; soli carere, quã habere cũ cæteris cõmune, nõ est quod cuiq; imputent interitũ suũ, nisi suæ incredulitati. Illis potissimum hæc futura cecinerunt sacrorũ vatũ oracula, illi comin9 cõspexerunt Christũ ædentẽ miracula, comi nus audiere doctrinã euãgelicã, illis primũ annũciauimus regnum cœlorũ. Cæterũ quoscunq; tædet vitæ prioris, quotquot amant verã innocentiã, quicũq; desiderant verã, solidã, & nunq̃ auferendã fœlicitatẽ, hoc euangeliũ, hoc est, optabile ac lætũ nunciũ lætis & alacribus animis excipiãt, siue Græci sint, siue Iudæi, siue Romani, siue Scythæ, siue Galli, siue Britãni. Vt de9 nõ est tantũ Iudeorũ deus, sed ex æquo cõmunis omnium, quemadmodũ sol vnus & idẽ est mũdo cõmunis, ita Iesus Christus hui9 fili9 omib9 seruãdis venit, omnib9 mortu9 est, omnib9 resurrexit, oib9 ascẽdit in cœlum, omnibus suũ emisit spiritũ. Nullum repellens, neq; ob generis, neq; ob ætatis, sexus, conditionis aut vitæ discrimen. Semel per illius mortem in sa

cro lauacro demergūtur vniuersa peccata vitę prioris: nec imputātur q̄libet atrocia crimina, p quib⁹ depen/dēdis innocēs ille semel est mortuus, modo quod reli/quū est ętatis ad Christi regulā hoc est euangelicā do ctrinā exigatur. A baptismo cēsetur Christian⁹. Ad id pręstādū ipse largietur gratuitā opē suā, qui perseuerā tibus largietur & prēmia. Nō exigit a quoq̄ȝ onus le/gis Mosaicæ, tantū ad Christū fides, q̄ si prōpte cre/dat q̄d annūciatur, & certa fiducia expectet quod pro/mittitur. Nō fallit veritas eterna, nō frustrat deus pro/missor. Porro quid agendū sit, nō iā prescribet huma/na lex, sed dictabit Christiana charitas. Et hacten⁹ qui dē viua voce tradidimus Euāgeliū optima fide, cōmu nicātes omnib⁹, q̄ vidimus oculis nostris queq̄ȝ audi uimus aurib⁹ nostris. Cæterū quoniā periculū est, ne negocio latius indies sese dilatāte, vel variet narratio p multorū man⁹ obābulās, vel apud aliquos minus in/ueniat fidei sermo q̄liber: Ad hæc quo facilius per/manet ad oēs scriptura q̄ȝ vox, summā toti⁹ negocii, quod satis est ad parandā salutē, hoc volumine cōple/ctar, natiuitatē, doctrinā, miracula, mortē ac resurrecti onē. Ac primo quidē loco Iesu Christi genealogiā re cēsebimus, exordiū capiētes, nō a summo capite, sed a Dauid & Abrahā, vel quod horū duorū memoria ce leberrima pariter & gratiosissima sit apud Iudęos. Si/quidē Abrahā gētis autore gloriātur imprimis, & Da uid

Liber generationis.

nid rex tãtopere laudatus ore diuino, hoc magis insi-
det illorũ mentib⁹, quod huius recẽtior etiã sit memo
ria, vel quod his duob⁹ potissimũ ꝓmissus sit ille tot
sęculis expectatus Christus, in Hebræorum oraculis,
quibus summã habent fidẽ, etiã illi, qui Christo repu
gnant. Siquidẽ in libro geneseos sic Abrahæ loquitur
deus, promittẽs fore, vt ex ipsius stirpe nasceret̃ olim,
cuius gratuito beneficio nõ solũ natio Iudęorũ, verũ
etiã om̃es toti⁹ orbis populi, nõ per circũcisionẽ, quę
tũ nõdũ erat nata, sed per fidẽ euãgelicã in ius & cha-
ritatem filiorũ asciti, cœlestis regni cõsortiũ vna cum
Christo sortirẽtur. In semine(inquit)tuo, nimirũ Iesu
Christo, benedicẽtur omnes gẽtes. Porro Dauid ita lo
quitur in psalmis mysticis. De fructu vẽtris tui ponã
super sedẽ tuã. Idq; præcipue facienus Iudęorũ cau-
sa, ne vt est rebellis ac difficilis ad credendũ natio, quũ
ex oraculorum autoritate, quibus abunde fidunt illi,
persuasum habeãt Messyã venturũ fuisse promissum,
tergiuersentur, causantes, aliũ seruatorẽ expectãdũ, nec
hũc esse quẽ illa ꝓmiserãt. Siquidẽ illorũ plęriq; quo-
niã terrenarũ rerũ cupiditatib⁹ obcæcatos habẽt ani-
mos, pro suo carnali crassoq; affectu, nõ recte interpre
tãtes oracula vatũ, prępotentem quempiã, ac magnifi
cum regẽ sibi pollicebãtur, qui copiis, armis, opibus,
similibusq; mundi huius præsidiis inuictus, gentẽ suã
ad diuitias, ad honores, ad imperium eueheret, orbẽq;

totũ Hebræorũ ditioni ſubigeret. At Chriſtus quãq̃ eſt oĩm rerum dñs, nõ ideo venit in mundũ, vt vnicã gentẽ, ex qua iuxta corpus aſſumptũ erat naſciturus, terrenis bonis locupletaret, ſed vt oẽs totius orbis na tiones ad veras opes, nec vnquã interituras eueheret, eaſq; bonis cœleſtibus *in æternũ* bearet, patiẽdo, mo riẽdoq; vinceret mortis tyrãnidẽ, beneficio ſubigeret rebelles, gladio ſpũs iugularet monſtra vitiorũ, rebel leſq; motus cupiditatũ, & expugnatis iis, q̃ pugnant aduerſus ſpũm dei, de ſuo cõferret nobis iuſticiã & in nocentiã: deniq; vt ſpirituale regnũ nobis armis ſpiri tualib9 vindicaret. At nõ habebũt iſti poſt hac quod tergiuerſent, vbi viderint in hoc, quẽ nos veniſſe ſci/ mus/& p̃dicamus, oĩa cõſentire, q̃ ſancti ꝓphetæ ſpũ cœleſti afflati in ſacris libris ante tot ſecula de eo ma/ gno cõſenſu prędixerãt genus, familiã, natiuitatis mo dũ, vitã, doctrinã, miracula, afflictiões, & ignominias, mortis gen9, ſepulturã, reſurrectionẽ, aſcẽſum in cœlũ, ſpiritũ ſanctũ ẽ cœlo demiſſum, prodigioſas apoſtolo rũ linguas, gẽtium cõuerſionẽ, reliquaq; q̃ poſt facta vidimus, & quotidie fieri videm9/ per Chriſti nomẽ profitẽtes. Deniq; cõſentire & tẽpus ipſum quo pręⁱ dict9 eſt aduenturus. Neq; ſolũ hęc oĩa prędicta ſunt prophetarũ oraculis, verũ etiã patriarcharũ factis adũ brata. Hæc quũ illi teneãt, ſi cõferant cũ his quæ nos geſta nũciamus, intelligẽt ſe fruſtra expectare Meſſyã alium

altum ab hoc quē nos prædicam⁹. Semel aduenit humilis & abiectus iuxta speciē humani corporis (sic enī illū venturum prædixerat Esaias) sua morte liberatur⁹ vniuersos a mortis tyrānide. Idē rursus adueniet in fine seculorū, nō iā seruator, sed iudex omniū viuorum ac mortuorū. Nūc ab illius beneficio null⁹ hominum excluditur. Tūc illius iudiciū nullus effugiet. Sed tunc læti videbūt iudicē æterna præmia largientē, qui nūc māsuetū & exorabilē seruatorē nō aspernātur. Hic est igitur vnic⁹ ac verus ille Messyas, cuius genealogia sic habet: iuxta corp⁹ humanū, qđ nostra causa assumpserat, per hūc enim erat exoritura noua natio, nō carnalis, sed spiritualis, quę nō tā terras impleret, q̄ coelum, quæq; non humano semine, sed euāgelica fide propagaretur coelesti semine sermonis diuini. Huius principē ac progenitorē mystico quodā typo repræsentabat Abraham, qui nondum prodita lege circūcisionis iustitiæ laudē meruit, non apud homines, sed apud deū, nec ex obseruatione legis, sed ex synceritate fidei, qua nihil addubitauit de promissis diuinis, quanquā naturæ vires superarēt. Et ob hanc fiduciā dictus est pater multarū gentium, quæ ad illius exemplum crederent euangelio Iesu Christi. Is iam ob senium defecto corpore, ex vxore item effœta genuit promissum Isaac, qui & ipse Christi typum gessit, ligna baiulans ad sacrificium, cui erat ipse destinatus. ISAAC genuit Iacob,

Abrahā antē genuit.

cob, qui quũ esset natu minor, tamẽ excluso fratre ma iore, cõsequutus est hæreditatẽ, iam tum typũ gerens ecclesiæ è gẽtibus cõgregãdæ, q̃ Iudæis exclusis quo tidie magis ac magis inualescẽs, occupat Euãgelii gra tiã, per fidẽ, qua Iudæi se per diffidẽtiã reddunt indi/ gnos. Sic enĩ loquitur de⁹, Iacob dilexi, & Esau odio habui. Et hui⁹ nominis mẽtio frequẽs est in ꝓphetarũ vaticiniis. Iacob genuit Iudã, qui tribui nomẽ dedit, è qua Christus prædictus est exoritur⁹, cuiusq; titulo ꝓmissa est noua lex euãgelica. Sic enĩ loquit̃ Hieremi as: Ecce dies veniũt dicit dñs, & disponã domui Iudę & domui Iacob, testamentũ nouũ. Nec hunc solũ ge nuit, quanq̃ hic potissimũ merebatur in hoc catalo/ go recẽseri, sed & alios vndecim Iudæ fratres, qui sin guli singulis tribub⁹ Israeliticę gẽtis indidere cogno mina. Porrò Iudas sustulit gemellos, Phares & Zarã, nõ ex vxore legitima, sed ex Thamar nuru sua, q̃ pri⁹ nupserat Her primogenito Iudæ, cui cũ nõ præstaret Iudas, qđ receperat, videlicet fore vt nuberet Sela fra/ tri mariti defuncti, iuxta legis præscriptum mulier ni miũ prolis auida, sumpto meretricis habitu, velataq; facie dolo suffurata est cõcubitum Iudæ soceri sui ac post arrabonis indicio, quẽ ab eo priusq̃ coitũ admit teret, sumpserat, geminã prolẽ patri iam ad pœnã vo cãti vindicauit. Res gesta nõ vacat crimine, sed tñ latẽs sub inhonesto tectorio mysteriũ ad euãgelii negociũ facit,

facit, Quemadmodũ & Phares ecclesiæ & synagogæ gessit imaginẽ, qui fratrẽ porrecta manu pri⁹ ex vteri latebris exire parãtẽ anteuertit. Ex hoc nat⁹ est Esrõ, ex Esrom natus est Aram, ex Arã Aminadab, ex ami nadab Naason, atq; ex hoc Salmon, Salmon sustulit Boos ex Raab, q̃ tametsi nõ esset Iudaicę gẽtis, sed ca nanææ, tñ ob seruatos exploratores à Iesu duce mis-sos, ꝓditãq; ciuitatẽ Hiericho, locũ meruit in eorũ ca talogo qui ꝑ fidẽ cõmẽdabiles redditi sunt deo, & exẽ pta meretricio ordini, cooptata est & insita pp'lo dei, nupta marito Iudaicæ gẽtis, iam tũ adũbrãs peccato res & gentes à cultu dei alienas, fidei merito Christo copulãdas. Boos itẽ filiũ habuit Obeth ex Moabiti de Ruth, q̃ & ipa velut abdicata patria & affectib⁹ cor poreis, maluit inseri populo Iudęorũ, hoc est, Christi doctrinã profitentiũ, videlicet iam tũ typis & vmbris prælu dẽtib⁹, nullũ hoĩum gen⁹ ab euãgelii cõsortio submouẽdũ, modo fidẽ adferat, & animũ veræ pieta-tis auidũ. Ex obeth ꝓditus est Iesse, idẽ dict⁹ Isai, cui⁹ nomẽ nõ tacet vaticiniũ Esaię de christo: Exibit, inq̃t, virga de radice Iesse. Ex hoc ꝓgenit⁹ est dauid ille deo char⁹, rex & idẽ ꝓpheta, cõditor vrbis Hierosolymi-tanæ, nobilis interfecto Goliad: & ex humili pastore gregis ouili, nutu dei cõsecrat⁹ rex Israelitarũ, submo to Saule rege impio. Ex hui⁹ stirpe tota gẽs Hebræo rũ expectabat exoriturũ Christũ, quẽadmodũ prædi ctum



ctū erat a viris afflatis deo. Atq; hic q̄q; multis nominibus repręsentauit imaginē Christi nepotis sui. Dauid genuit Solomonē illū pacificum/ac tēpli dñici cōstructorē: genuit aūt ex adamata Bethsabee, quā Vriā marito priore/p dolū occiso, sibi matrimonio copularat, nō absq; scelere, si nihil spectes p̄ter historiæ supficie: at rursus nō absq; p̄sagio futuri, si mysteriū scruteris. E solomone nat⁹ est Roboam, Ex hoc Abias, Ex Abia p̄gnatus est Asa, ex Asa Iosaphat, vñ pdiit Iorā, atq; ex hoc Ozias, Ex Ozia nat⁹ est Ioathā, ex Ioathā Achas, ex Achas Ezechias, ex hoc Manasses. Ex Manasse fat⁹ est Amō. ex Amō Iosias, ex Iosia Iechonias, reliquiq; Iechonię fratres, sub id tps quo Nabugodonozor tyrānus, exusto tēplo/qđ erat Hierosolymæ, regē ac populū Hebręū captiuū trāstulit ī Babylonē figuris nimirū portēdētib⁹/ diaboli tyrānidē ingenus humanū/ & libertatē Christi bñficio restitutā. In hoc rerū cōfinio, cū iā agereť de restituēdo suis sacris/ac sedib⁹ populo dei, Iechonias genuit Salathielē, Salathiel Zorobabelē, Zorobabel Abiud, ex Abiud prodit⁹ est Eliachim, ex Eliachim Azor, ex Azor Sadoch, ex hoc Achim, ex Achim Eliud, ex Eliud Eleazar, ex Eleazare Matthā, ex Matthan Iacob. Atq; hic Iacob pater fuit Ioseph cui nupsit Maria mater p̄missi seruatoris omniū Iesu, quē Hebræi vocāt Messyā, hoc est Christū, siue vnctū, q̄ hic oīm rex, ideq; summus

m⁹ sacerdos, sol⁹ deũ patrẽ vitiis hũanæ gẽtis offen⸗
sum sui corporis victima placarit, ac depulsa mortis ty
rãnide, cœleste regnũ oĩbus aperuerit. Nupsit aũt pudi
ca pudico, castissima casto, ex eadẽ tribu/familiaq;, vi
delicet Dauid, iuxta diuinæ legis pscriptũ, ne qs hanc
stirpis seriẽ nihil habere momẽti putet ad declarandã
originẽ Christi. Qđ si cui libebit etiã tpis rationẽ sub
ducere qđ digestis hebdomadarũ gradib⁹ añ tot an⸗
nos descripsit Daniel, cõperiet & hic pphetarũ psagia/
cũ euẽtu rei cõsentire. Sũma igit̃ toti⁹ genealogiæ cõ
stat trib⁹ tesseradecadib⁹. Etenĩ si supputes ab Abrahã
patriarcha vsq; ad Dauid regni florentis autorẽ, repe
ries generatiões q̃tuor deci. Rursum si a Dauid vsq; ad
regni deliquiũ, hoc est, ad exiliũ Babylonicũ, reperies
quatuordeci. Rursum si ab hoc tpe vsq; ad Christũ, no
uæ generatiõis euãgelicæ, nouiq; regni pricipẽ & clau
sulã, repies q̃tuordeci. Hacten⁹ Christi genealogiã bo
na fide reddidim⁹, q̃ cõstet oĩb⁹ hũc ipm esse quẽ oli
oracula pphetarũ orbi pmiserãt, tot argumẽtis ĩ vnũ
cõsentiẽtib⁹ vt casu gestũ videri nõ possit, simulq; cõ
stet illũ verũ fuisse hoĩem q ex notis maiorib⁹ iuxta
carnẽ gen⁹ duxerit. Sed q̃q̃ hõ nat⁹ ex hoĩe, q ĩ hoc Christi
venerat, vt humanũ gen⁹ sua morte redimeret, tamen autẽ ge
haud q̃q̃ nat⁹ est iuxta cõmunẽ ac vulgatũ nascẽtiũ neratio
morẽ. Decebat eĩ, vt qui venerat ẽ cœlis, qui vocabat sic erat.
ad cœlos, qui nihil nisi cœlestia docebat ac pollicebã⸗
tur: deniq; qui post tot prophetas ac doctores in hoc

legatus est, vt semel noua faceret omnia, vero quidem corpore, sed tamē nouo modo ꝓdiret in mūdū, & ita doceret vera hominis natiuitas, vt tamē deo digna vi deretur. Atq; hoc futurū prędixerat Esaias, vt qm̄ ho mines ad ista vulgata naturę miracula ꝓpter assuetudi nē dormitabāt, de⁹ nouū miraculū ęderet, idq; in ter, ris, quo magis esset omniū mortaliū sensib⁹ expositū. Natus est homo verus, ac mortalis, sed idē deus & im mortalis. Natus est homo ex homine, sed ex virgine. Nat⁹ est ex progenie generis humani principis Adæ, sed absq; labe. Natus est ex matrimonio, sed ita, vt opi ficiū cōceptus nō fuerit mariti, sed spiritus sancti, qui modo nequaq; enarrabili de substātia virginis illiba tæ, velut in tēplo cœlesti numini sacro, peregit fœtus inauditi formationē, huiusq; negocii dispēsationē ita tēperauit admirabili cōsilio, vt rē incredibilem celaret impios, & piis animis certissimis argumētis persuade ret, cui⁹ nulla mortalis eloquētia fidē facere potuisset.

Quū cēt despōsata mat Iesu Maria.

Quū igitur ē parentū arbitrio, sed horū animos mo derāte numine, sanctissima virgūcula huic tāto myste rio ab æterno destinata, futura mater Iesu despōsa fuæ trib⁹ probato viro, nomine Ioseph, cū eo domesticā ageret cōsuetudinē, priusq; cōnubialis cōgressus inter eos intercessērat, siue quia non est ad libidinē pręceps vera probitas, siue quia sic deus ordinē huius negocii tēperabat, deprehēsa ē esse grauida. Id eṁ arguebat & amanti

amāti & minime ſtupido ſponſo, puellæ vterus indies magis ac magis intumeſcens. Nec enim illa fugitabat ſpōſi ſui cōſpectū, quaſi ſibi male cōſcia, nec aperiebat arcanū quod ab angelo didicerat, ſiue quia deſperabat adhuc poſſe perſuaderi, ſiue quia ſeruabat hoc deo, ſuo tēpore patefaciēdū. Cert⁹ igitur ac verus erat cōcept⁹, manifeſtis ac ſolitis indiciis ſeſe prodēs, pręſertim Ioſeph, qui ob domeſticū cōuictū facilius obſeruabat in ſpōſa ſua corporis habitū. Verū is fœtus nō erat pro fectus è cōplexu viri, quēadmodū reliquæ fœminę ſo lent iuxta cōmunē naturæ legē cōcipere, ſed a ſpiritu ſancto, qui per gabrielē angelū internūciū/cœlit⁹ illapſus in ſacratiſſimū tēplū vteri virginei paterni numinis inuiſibili virtute ſanctiſſimæ virginis totū corpus & animū ceu cōplexu quodā obūbrāte, citra vllū pu doris detrimentū grauidā reddiderat. Porrò Ioſeph, nōdū gnarus tāti myſterii, cū indubitata cerneret argumēta cōceptus in cōiuge, ſibiq; conſcius eſſet, nihil ſibi rei fuiſſe cū puella, vnde grauida fieri poſſet, & tā eos cōperiſſet ſpōſæ mores, vt in eos nō caderet adul terii certa ſuſpicio, & alioqui vera probitas/nec eſt ꝓna ad ſuſpicādū, nec pręceps ad vindicādū: ſuo cū ani mo rationē aliquā diſpiciebat, qua ſimul & vxoris fa mæ vitæq; cōſuleret, ac negociū cui⁹ ipſe nullū exitū inuenire poterat deo cōmitteret. Ex arctiſſima familia ritate deprehēderat inculpatiſſimos puellæ mores. Siquidem

quidē spirit⁹ ille diuin⁹, qui totū ei⁹ animū occuparat in ipsis oculis/ipsoq́ʒ vultu relucebat: ipso incessu, gestu, sermōe vndiq́ʒ sese ꝓdebat. Cœleste qddā in ea deprehēderat/& hoīe mai⁹. Et tñ videbat grauidā, & abfuerat illa domo mēses aliquot, dū inuisit cognatā Elizabeth: cogitabat, q̄ta esset ei⁹ ętatis ac sex⁹ īfirmitas in cæteris puellis. Quas turbas hic excitasset ali⁹ maritus, p̄sertim amore exasperāte zelotypiā, quo nō ali⁹ ani morb⁹ ipotētior? Sed ad hui⁹ rei fidē delect⁹ erat testis Ioseph, ne qs causari posset Marię partū aut supposititiū esse/aut adulterinū. Erat vir apud oēs notę spectatæq́ʒ ꝓbitatis ac prudētiæ, ne quisquā suspicari posset illū vel esse tā insigniter īprobū, vt vxoris lenocinium sustineret esse, vel tā stultæ patiētiæ vt domi aleret cū raretq́ʒ vna cū puero, quā sciret esse adulterā. Nulli magis sæuiūt in lapsas vxores q̄ qui ipsi multis adulteriis sunt obnoxii. Ioseph ipse innocētissim⁹, adeo nō rapitur ad vltionē, vt nec cū cōiuge verbis expostularit, ne qua mœstitudine virginis animū obnubilaret. Tacitis animi curis secū æstuat, ac mite quoddā diuortii gen⁹ cōminiscit̄, quo sic ipse liberaret̄ a grauidæ cōtubernio, ne quid infamiæ periculiue puellæ cōflaret. Atq́ʒ hacten⁹ quidē passus est de⁹ innocētissimū virū distrahi ꝑplexis cōsiliis. Id eñi expediebat ad fidei certitudinē. Sed iā tp̄s erat, vt his animi molestiis liberaretur, dign⁹ videlicet/qui mysterii cōsci⁹ fieret ob insi

gnē

gnē erga virginē deo dicatā reuerētiā, satisq; ob spectā tā grauitatē in pmēdis animi sui curis, visus idone9, q secretū, nōdū ob Iudęorū puersam suspicionē, euulgā dū bona fide cōtineret, Ecce Gabriel angel9 q virgini cōceptū admirabilē nūciarat, multa cū luce apparēs vi gilāti/nimirū ob plusq; angelicā puritatē hmōi visio nū nō insolēti. Ioseph i somnis semet exhibet, ac p so porē etiā tale qddā agitātē, sic est affatus oraculi cœle/stis interps: Ioseph fili Dauid, q̄ torquet aīum tuū hu mana suspicio? Quid æstuas? qd fluctuas? aut qđ me ditare diuortiū, aut cur ab ea vis distrahi, quę tibi tāta charitate/simul & trib9 & familię cognatiōe iūcta est? Nō est al9 spōsus ea virgine dign9: nec illa ē alteri de/stinata dei cōsilio, nisi tibi. Agnosce Dauid autorē tui gnis, cui pmissū ē olim qđ nūc icipit exhiberi. Totū diuinū est qđ gerit̄. Nō est qđ metuas/ne quid labis tuo cōiugio cōtrahat vxoris vter9, citra tuā operā itu mescēs. Suspicaris grauidā, & recte suspicaris. Sed non ideo submouēda a domestico cōuictu, imò hoc ma/gis tibi adiūgēda est q grauidā vides, cui diuino cōsi lio i hoc ipm dat9 es spōsus, vt i posterū testis esse pos sis fœcūdę virginitatis in vxore cōpertę: atq; illa inte rim tuo cōiugio tuta sit aduersus Iudęoꝝ suspiciosam sæuitiā, quib9 hoc mysteriū nōdū est aperiēdū, neq; dignis adhuc/neq; capacib9. Tibi cōmunicabitur, ne quid interim vxoris innocentia sese indignum patiat̄. Nā fœtus iste, quo vides cōiugis vterū quotidianis au

Ioseph fili Dauid.

ctib⁹ intumescere, vt nō est ex te, ita nec ab alio quo-
quā mortali. Angelus nūciauit, cōciliator hui⁹ diuini
cōplexus, pater obūbrauit, spirit⁹ sanct⁹ pparauit vte
rū, dei fili⁹ impleuit. Noua sunt oīa, qa noua ples nasce
tur. Cœlo debet qđ pariet tua spōsa, castior etiā futu
ra posteaq̃ pepererit. Pariet autē filiū, nō tibi, sed or-
bi. Hui⁹ tu pater interim diceris, & puellæ custos eris
potius quàm maritus. Nato puero tu ceu pater no-
men impones, nō qđ tibi tu⁹ suggesserit anim⁹, sed
qđ ex re de⁹ illi destinauit ante mūdū cōditum. Vo-
cabis autē Iesum, hoc est seruatorē. Nā hic est ille tot
sæculis exoptatus & expectatus Messyas, qui iuxta p-
phetarū oracula, liberatur⁹ est populū suū vniuersum
à peccatis suis, nō victimis pecudū, sed suo ipsius san
guine. Nec hoc tantū beneficiū gratis dedisse cōten-
tus, purgatis à vitę prioris peccatis, cōferet perfectā &
Hoc āt æternā salutē. Neq; vero quicquā hui⁹ rei causa for-
totū fa tuitóve gestum est, sed cōsilio diuino. Qđ enim nos
ctū est. factum narramus, hoc olim dñs ipse se facturū promi
serat, loquēs per os Esaiæ prophetæ, paucis depingēs
huius cōceptus, & nouitatē inauditā, & fructum opta
bilem: Ecce, inquit, virgo cōcipiet & pariet. Habes
nouitatē: Quādo enim vnquā fando auditū, salua vir
ginitate, peperisse puellam? Nūc fructū accipe. Et vo
cabitur, inquit, nomen eius Emanuel, qđ Hebræis so
nat, nobiscum deus. Siquidē hic vnus populum suum
deo

deo reconciliabit,atq; ex infenso reddet propicium, ac versans inter homines cumulatissimã dei beneficẽtiam illis effundet,ac tandem experti doctrinã efficacem,experti vim miraculorum,experti præsentẽ energiam ac robur & impetũ diuini spiritus nouo more sese prodẽtis in his qui crediderint merito clamabũt/ nobiscũ deus. Si agnoscis vaticiniũ/& sane agnoscis, subserui mysterio,ac cela secretum. Hæc vbi dixisset summi dei nuncius, Ioseph expergefactus à somno, lætus & alacer paruit oraculo, ponit consilia dissidii, sed arctius etiam adiungit sibi coniugẽ suam/ ne qua dissidii suspicio posset oriri cuiquã, iamq; sentiẽs eam totam dicatã cœlesti numini, veneratur in ea diuinum mysteriũ:nec audet attingere quam sibi diuinitas vindicasset. Adest obsequio:abstinet à cõgressũ maritali. Maturescit interim in sacrovirginis vtero fœtus ille cœlestis,qui suo tẽpore prodiẽs ex matre virgine, parentis integritatem non abstulit/sed cõsecrauit. Porrò Ioseph/vt erat iussus ab angelo,hactenus patris gerens imaginem nomen indidit puero Iesu:quum iuxta gentis morem octauo die circumcideretur.

CAP. II.

HACTENVS vides quã multa cõgruant cũ prophetarũ oraculis. Ex his progenitoribus, ex ea tribu familiaq; natus est, vnde illum prophetia promiserat:congruit & hebdomadarũ supputatio,ad

D quã


quam illum venturum prædixit Daniel. Conuenit & natiuitatis nouitas/qua natus est ex virgine/citra virilem operam. Conuenit & nomē: promissus erat seruator, expectabatur seruator, Iesus seruatorē sonat. Quin & regionis & oppidi nomen respondet fidei prophetarum. Natus est enim haud procul ab Hierosolyma, in oppidulo cui nomē Bethlehem, idq; in regione Iudeæ. Nam est & in Galilæa oppidū huic cognomine, nimirū in tribu Zabulon. Natus est autē eo tempore quo regnum apud Iudæos obtinebat Herodes natione Idumæus, non Iudęus: ne cui dubiū esset iam adesse tēpus quo nasciturus esset Messyas, quod hoc multis ante sæculis futurum prędixerat Iacob patriarcha. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec venerit ille qui mittendus est. Nimirū hic est ille sanctus sanctorum, ad cuius exortum cessare debuit omnis vnctio Iudæorū. Nunc quàm miris consiliis paulatim innotuerit orbi, accipite. Voluit enim omnibus esse perspicuus, qui venerat seruandis omnibus: vt & bonis innotesceret ad salutem, & impiis adimeret omnē excusationem ignorantiæ. Iudæis præcipue fuerat promissus, ex horum gente natus est, his primū prædicatus est ab angelis canētibus, Gloria in excelsis deo, & in terra pax in hominibus bonæ voluntatis: pastores eorūdem voce docti, de nato puero, fidei primitias obtulerunt ad natalicium infantuli præsepe,

Ecce magi ab oriēte vene.

pe, Secreto spiritus afflatu agnitus est ab Elisabeth, à Simeone, & Anna prophetissa. Ac primū quidē pauperibus & humilibus semet aperuit, in quibus sciebat esse pronam credulitatem. Nec enim facile suscepturi erant humilem superbi, pauperem opulenti, modestū feroces, cœlestem huius mundi cupiditatibus obnoxii. Quoniā autem nō Iudæis tantū/sed & gentibus, imò cunctis mūdi nationibus promissus erat, in ipso statim exordio voluit & his innotescere, quo declararet simul & illis oblatā esse salutē, & horum exēplo Iudeos ad æmulationē credulitatis extimularet. Nec omnes eadē ratione pertraxit ad sui noticiā, sed singulos paulatim allexit rebus iam persuasis ac familiaribus. Iudæi prophetis habebant fidem: signis ac prodigiis cōmouebantur, atq; harum rerum illecebra pellexit eos. Persæ & Chaldæi multum tribuebant astris/vt huic philosophiæ potissimum dediti: è cuius peritia sibi mirabilem quendam orbis instauratorē promiserant. His igitur pueri natiuitatē, non propheta, non angelus, sed noua quędā & admiranda stellæ species indicauit. Nimirū stellā illā, quā prophetia designarat exorituram ex Iacob. Et publico rumore iam cognouerant hunc regem Iudæorū genti peculiariter esse promissum, non illum vulgarem quempiā/atq; ex numero cęterorū, sed insignē/& incōparabilē, cuius potētiā sapiētiam/ac bonitatem, humana maiorem, totus or-



bis esset experturus. Porrò vt improbus data occasione fit improbior, & sapiens occasione præbita sapientior: Magi quidã, nam hoc nomine Persæ vocant philosophiæ professione suspiciendos, quo, quod stella veluti per somnium docuerat, cominus discerent, & exactius, nihil deterriti itineris magnitudine, Hierosolymam sese præuia stella conferunt: siue q̃d illic agebãt scribæ & pharisæi, in lege ac prophetis eruditissimi, siue quod intellexerãt regẽ eum haud procul ab Hierosolymis nasciturum. Iam enim certi natum esse, tantum sciscitantur, quis nam esset ille locus tam inclyto partu fœlix. Existimabant enim tanti principis natiuitatem non posse latere apud eos, qui nasciturũ tot sæculis expectauerãt, præsertim cũ non solũ apud illos, verũetiam ex illis natus esset. Sed nusquã serius ac difficilius innotescit Christus, quã in vrbibus opulẽtis, in aulis principum, & apud sapiẽtiæ professione turgidos, sed harũ rerũ imprudentes illi simpliciter ac palã sciscitãtur: Vbi, inquiũt, est ille, qui nup natus est rex Iudæorum? Nos eñi certo indicio natum illũ cognouimus. Nã cum procul hinc agerem⁹ in oriente, stellã eius admirabili specie vidim⁹. Vidimus stellã, & sensimus afflatũ. Proinde quoniã scim⁹ illum omniũ bono nasci, nos, licet alienigenæ sum⁹ huc profecti, vt illum adorem⁹, nouoq; regi debitas honoris primitias exhibeamus, nõ ignari, fœlices futuros, qui illi⁹ numẽ habi



habituri sunt propicium. Huiusmodi sermonem cum illi simpliciter apud quosuis effunderent, ilico rumor ad Herodē regem perlatus est, qui iam pridē eius nascituri famam horruerat, metuens, ne quando regno quod occupauerat alienigena deturbaret, si tātus princeps ē Iudæorū stirpe extitisset. Siquidē Herodes nihil aliud quā terrenū regnū somniabat, ignarus Christum aliud regni gen9 inuehere. quod ad vniuersos homines pertineret. Itaq; postquā natum audierat quē metuerat nasciturū, & audierat à magis/viris & eruditione/& fortunæ strepitu nequaquā aspernandis, sane conturbatus est animo, simulq; cum hoc tota ciuitas Hierosolymorū, aliis aliud metuētibus, aut sperātibus. Sed ita diuina sapiētia temperauit affectus ac molitiones mortaliū/vt & piorum simplicitas, & impiorū vesania, vndiq; Christi gloriā illustraret, & fidei rerum incredibiliū pondus adderet. Nec aliā ob causam stella viæ dux Magos Hierosolymā ingressuros ad tempus destituerat, vt illorū percōtatio diuulgaret rumorem nati pueri, nec proderet nati cunabula regi sæuituro. Itaq; rex Herodes liuore & ira cęcus, cum totus arderet in exitium nati pueri, tamē impiæ crudelitati pietatis speciē prætexuit. Accersit ad se ex ordine sacerdotum cunctos primores, ac scribas populi Iudaici, quorū hæc erat peculiaris professio vt si quid exoriretur rerum nouarū, ē prophetarū oraculis, eq; diuinis

 libris

libris responsa darent, quod horum exactam scietiam profiterentur, videlicet vt & numerus & autoritas ad fidem cōduceret. Ab his igitur cōuocatis, rex hoc magis impius, ꝙ pietatem mētiretur, sciscitatꝰ est, vbi nā nasciturū Christū oracula promisissent. At illi nondū odio furentes in Christū quē non viderāt, simpliciter & incontāter respondent: in Bethlehē Iudæ, ac ne parum pōderis haberet ipsorum autoritas, ecce in promptu habent vaticiniū Micheę prophetę: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exorietᵉ dux, qui regat populū meū Israel. Atq; hæc tum responderūt sacerdotes & scribę qui post tot miraculis coruscātē, & omnibꝰ benefacientem, curarūt occidēdū. Rex primū magorū oratione nō leuiter cōmotus, hoc respōso tā prompto prorsus exanimatꝰ est, pręsertim/quū prophetia palam polliceretur ducē Bethlehemiticū, qui regeret populū vnde natus esset. Sacerdotibus itaq; ac scribis dimissis quibus sese desperabat posse imponere, clanculum ne Iudæi dolum suspicarentur, accersit ad sese magos, & sic communicata re/quasi idem agerent vtriq;, diligenter percontatus est eos, quātum esset temporis, ꝙ illis primum apparuisset stella, cuius indicio tantum itineris emensi venissent Hierosolymam. Videlicet hoc agens vt certius in vnū caput seuiret crudelitas. Magi vt nō est suspiciosa pietas, nihil illum cœlant, haud quaquā suspicātes

ſuſpicãtes eum eſſe tã immanẽ, vt in infantẽ vix dum natum ſæuire vellet, neq; tam furioſum, vt ſe ſperaret humanis conſiliis oppreſſurum, quod diuinitus agere tur. Indicato tempore, ille viciſſim indicat locũ, quẽ à ſcribis didicerat, Iãq; ſpe certa concepta, his duobus indiciis puerum poſſe deprehendi, Magos vltro ituros, etiam ſuo nomine mandatis onerat, adirent Bethlehem, ſummaq; diligentia veſtigarent de puero, mox eo comperto, Hieroſolymam reuerſi, ſe facerent toti9 negocii certiorẽ, cauſam prętexens admodũ piam & ab animis Magorum minimum abhorrentem, Vt & ego, inquit, vos imitatus/adorem eum. Sibi primum volebat innoteſcere puerũ, vt eum prius tolleret è medio, quàm populus Iudęus eum plane reſciſſet eſſe natum. Deo interim & hoc procurante, vt incolumes redirent magi ſuis regionibus annunciaturi Chriſtum. Alioqui, ni ſpes hęc ſcelerato impoſuiſſet, ſæuitur9 erat in magos ipſos qui nuncium tam inauſpicatum attuliſſent. Magorum pia ſimplicitas, audito rege, contendunt Bethlehem, quos in hoc ſtella quę illos exciuerat, ad tempus deſtituit, vt barbari primi Chriſtum annunciarent natum, quem illi tot ſeculis expectatum poſt occiderunt. Sed hac parte diuini conſilii functis, rurſus aderat mirabilis illa ſtella, quæ ſic illorum pietati ſeruiebat, vt non ſolum Bethlehem, ſed ipſum etiam tugurium humile, & ob hoc inuentu diffici-

le indicaret, atq; adeo ipsius pueri capiti imminens è ꝓpinquo ceu digito demõstraret expetitum infantẽ. Hæc igitur vbi rursus apparere cœperat, omnem folli citudinem ex animis illorum dispulit, iamq; certa spe simul & gaudio pleni, neglectis hominũ indiciis, cœlestem ducem sequuti, noui regis palatium, vident sordidum & abiectum tugurium. Nihil cõmouetur his rebus syncera pietas: ingrediuntur, reperiunt infantem nihil a cæteris specie differentem, reperiunt matrẽ nihil magnificum præ se ferentem. Paupertatem ac simplicitatem tota supellex testabatur. Magi qui non adorauerant Herodem, è solio regali strepitu iactãtem se se, ad pueri vagientis cunas procũbunt, adorant pro ni nondum fari potentem. Nec hac pietate contenti, depromũt è repositoriis suis destinata munera ex hisce rebus, quarum prouentu regio Persarum pręcipue dites erat, Aurum, Thus, & Myrrham, ne viaticum deesset mox fugituro. Atq; his fidei primitiis gentes quæ procul aberant, Iudæos qui deo videbantur proximi, præuenientes, Christum sibi inaugurant, seseq; vicissim illi dedicant, triplici rerum genere, nouum sacrificium offerentes. Iamq; veluti per ænigma trinitatem illam ineffabilem profitentes, patris, & filii, & spiritus sancti, simulq; in vno homine, mortalitatem, sacerdotium, & regnum agnoscentes. Siquidem aurum regi conuenit, Thus sacerdoti, Myrrha morituro. Na

tus est mortalis, sacrificauit in cruce, vicit resurgens, regnat in cœlis. Tot prodigia viderant Iudæi, & cognitum occiderunt, nihil præclari videre magi, quod ad oculos corporeos pertinet, & sibi gratulantur eam peregrinationem fuisse fœlicem. Cęterum quum secū agitarent, an redeundum esset ad Herodē, vt illius animo satisfacerent, in somnis admoniti sunt oraculo diuino, ne se referrent ad Herodem. Id enim nec ipsis esse tutum, nec puero, nec expedire tanto negocio, suis temporibus/& per partes orbi prouulgando. Illi nō segnes parent oraculo, ac diuersa via/reuersi sunt in patriam, apud suos noui regis/noui præcones futuri. Iā magorum incolumitati cōsultum erat: mox vt matris etiam ac pueri tranquillitati consuleretur, simulq; Herodis impietas ita vt merebatur, magis ac magis exacerbaretur in gloriam Christi, idem cœlestis nuncius, qui magos dimiserat, Ioseph apparuit in somnis, hortans eum/vt iam arcani conscius, matrem ac puerum clanculū subduceret in Aegyptum: videlicet hoc agēte consilio diuino, vt ea quoq; regio tota prodigiosis deorum cultibus dedita, dum profugo præbet hospitium, eius contactu commercioq; præpararetur ad aliquod primordium veræ pietatis. His itaq; verbis angelus affatus est Ioseph: Surge & adiuncto tibi puero vna cum matre, clam fuge in Aegyptum, atq; illic cōmorare, donec reuersus ad te, admonuero tempus esse.

huc

huc remigrãdi. Futurũ est enim, vt Herodes nihil in tentatũ relinquat, quo perdat puerũ. Nõ quod diffici le sit deo puerum subito extincto Herode seruare, si li beat: sed hic ordo negocii, magis conducit ad confir/ mandã fidem. Vult enim deus, vt tyrãni furor suę glo rię seruiat. Nihil cõtatus Ioseph, assumptã puellã ma/ trem ac puerũ, nocte fugiẽs, subducit in Aegyptum, inibi cõmoratus vsq; ad obitum Herodis. Neq; vero hoc humano metu cõtigit aut casu: his malis deus vo luit parari stabilirique regnũ filii sui, quibus humanæ res solent labefactari, ne quid sibi mundus vindicare possit in negocio diuino. Id quo magis credas, deus qui hoc fieri voluit, multis retro seculis futurũ prędi/ xit per os Oseę prophetæ: Ex Aegypto inquiens vo caui filium meũ. Interea rex Herodes, posteaq̃ ipsa re comperit Magos sibi dedisse verba, iã impotens iræ, abiecto fuco, prorupit in manifestam insaniã, missisq; vesanię suę ministris, occidit omneis infantes, & quot quot erant in ipsa Bethlehẽ, & quotquot erãt in eius oppidi finibus, bimulos, aut hac ætate minores, sequu tus temporis supputationem, quo Magi prędixerant sibi primũ visam esse pueri stellam. Dilatauit tempus crudelitas, dilatauit locum, pueros vniuersos comple/ xa, putãs hoc impio consilio satis sibi cautum esse, ne qua posset elabi, quem vnum cupiebat extinctũ. Sed frustra nititur astutia mortalium aduersus consilia di/ uina.

nina. His rebus parabatur exemplum quid essent ab impiis principibus passuri, qui credituri essent Euangelio, quid profecturi, qui fidem euãgelicam teneram adhuc, & in piorum animis gliscẽtem, crudelitate sua conarentur extinguere. Ob Christum interimi, seruari est, Herodi data erat occasio resipiscendi, non sæuiẽdi, nisi mentem illius regnandi cupiditas excæcasset. Sed dum ipse sibi suo vitio vertit omnia in materiam maioris insaniæ, sua malicia dei iusticiã illustrauit, dũ omnibus palam fit innoxios puellos immani crudelitate trucidatos, & ipsum horribili dignũ exitio, quo postea periit, fuisse. Porrò ne quis addubitet hoc dispensatione diuini consilii sic euenisse, audite prophetę Hieremię vaticinium, hoc pręsagio mẽtis afflatę iam factum cernẽtis quod multis post seculis esset futurũ: Vox inquit in Rama est audita, vox vehementer plorabunda, lugubris ac lamentabilis. Nimirum Rachel ea erat deplorans filios suos. Nec admisit consolationem, propterea ꝙ essent omnes è medio sublati. Rachel q̃ enixa Beniamin, hoc est doloris filium, mox à partu periit, sepulta est nõ procul à Bethlehem: vnde propheta sub huius persona, matrum luctum, suos filios ab Herode trucidatos deplorantium expressit. Interea posteaquã Herodẽ exitiũ ipso dignum sustulisset è medio, rursus Angel⁹ qui fugę cõsiliũ dederat, apparẽs Ioseph in somnis hortat̃ illũ vt Aegypto relicta, puerum

puerum ac matrem eius reduceret in terram Israeliti-
cam. Iam enim extinctos esse eos, qui puerum volebāt
extinctum. Atq; is prompte per omnia parens diuinę
volūtati, virginem matrem cum dulcissimo puero re
uexit in regionem Israeliticam. His enim oportuit il-
lum primū innotescere ad quos pręcipue missus erat,
ne gens incredula haberet quod vel probabiliter suæ
impietati prętexeret, negans illum esse Messyam suū,
sed alium gentibus destinatum. Vt vero patriæ fines
ingressus est Ioseph, atq; illic certo rumore cognouis
set, quod Archelaus Herodis defuncti filius, paterni re
gni dimidium sortitus, vice patris regnaret in Iudæa,
veritus ne filius, vt in regnū, ita & in crudelitatem pa
ternam successisset, timuit eo proficisci, ac rursus ora-
culo angeli cōfirmatus, vnde iam totus pendebat, se-
cessit in partes Galileæ, quæ pars obuenerat Herodi
tetrarchę fratri regis defuncti. Hic tuta omnia pollicē
te angelo, inuitauit etiā patriæ charitas, simul hoc agē
te consilio diuino, vt per occasiones varias Christus
multis diuideretur, qui nulli non venerat. Bethlehem
huius partu gloriatur, Hierosolymæ circumcisus est,
ac purificatus, Aegyptus tanto hospite fœlix erat. Ha
bet Nazareth quod de tanto alumno glorietur. Nam
hic erat parentis patria, in qua filium conceperat, vi-
culus humilis & obscurus Galileæ, contemptæ apud
Iudæos regionis, sed hoc magis opportuna latebra
pue

puero aduersus Archelai sæuiciã, & illud interim nos reipsa docente deo, in his quæ diuina voluntate gerun tur, nihil opus esse huius mundi præsidiis, opibus, po tentia, factionibus, generis claritudine. Imò hæc adiũ cta, obscurant apud homines gloriã dei. Nam ne hoc quidem accidisse fortuito satis arguit, quod prophe tia iam olim futurum prædixerat, quod Messyas ille Nazaræus appellaretur, quod esse factum, vel ipse titu lus indicat, quem Pilatus ignarus prophetię, cruci affi gi iussit. Iesus Nazaræus rex Iudæorũ. Et hodie qui Christum profitentur ab eo Nazaræi dicuntur à plæ risq;, Neq; vocabulũ ipsum mysterio vacat. Nazareth Hebręis à flore nomen habet, quod hic è virgine cõ ceptus sit, purissimus ille flosculus, omnis virginitatis consecrator, quemadmodum Bethlehem, domum pa nis sonet Hebreis, vbi proditus est ille panis cœlestis, quẽ qui ederit, viuet in æternum. Hic igitur annos ali quot vixit, velut ignotus cum matre, & nutritio suo, cuius filius ab omnibus existimabatur, donec ad æta tem adultam progressus iam ipse sese doctrina, miracu lis, morte & resurrectione in mundo proderet. Nulla interim re insignis, aut inter cęteros mortales eminẽs, nisi quod omni probitatis genere donisq; cœlestibus sic indies proficiebat, vt nemo non magnum aliquid ab eo puero expectaret. Legis etiam interim obseruã tissimus, ne quam ansam daret maleuolis obtrectãdi,

sed per omnia satisfaceret omnibus. Maluit ad tempus obseruata lege ad perfectiora perducere Iudæos, quã ea spreta animos illorum ab sese alienare. Semel duntaxat specimen sui præbuit Hierosolymis, annos natus duodecim, quum clam relictis parẽtibus, repertus est in templo, in medio doctorum sedens, audiens illos, ac vicissim sic interrogans, vt omnibus esset admirationi. Iam tum videlicet gestiebat indoles ad ea, quorum gratia missus erat in mũdum, sed vt hoc erat animi prompti laus, ita moderationis & obedientiæ erat exemplum, expectare tempus à patre præscriptum.

CAP. III.

NVNC operæpreciũ est audire, quomodo tandem negocium hoc, cuius gratia venerat, sit aggressus dominus noster Iesus Christus. Non ex improuiso semet ingessit inopinãtibus. Ante per anteambulonem Ioannem Zachariȩ filiũ ipsis etiam Iudęis notum ac probatum, animos omniũ præparari voluit, quo sensim ac paulatim instillaretur mẽtibus hominum, quod semper erat credendũ. Ergo quum appeteret tempus quo decretum erat æterno consilio, vt totus orbis per Christi doctrinam innouaretur, prodiit Ioãnes sacerdotis ac prophetissæ filius, ipse Christi testimonio plusquã ꝓpheta iudicatus, qui ipso etiã exortu summã de se spem præbuerat: prodiit autẽ nõ è regum aulis, aut è vulgato hominũ cœtu, sed ex eremo, vbi

vbi à puero vitã angelicã egerat, victu facillimo para bilíq; contẽtus, amictus pallio è cameli pilis contexto, cinctus zona pellicea. Vestitui victus respondebat. Victitabat enim parabili cõmeatu, quẽ erem9 suppeditabat, locustis ac melle syluestri. Hic cultus, hic victus, talis locus decebat pœnitẽtiæ præconẽ. Cuius admirabilis sanctimonia, sic omniũ animos obstupefecerat, vt plæriq; suspicarẽtur hunc esse Christũ, præsertim cum multis esset persuasum alterũ illum, qui Messyas putabatur in turba Bethlehemiticorũ infantium perisse. Atqui is adeo non vindicabat gloriam alienam, vt Christo palã omnib9 demõstrato, se negaret indignũ, qui calciamentorũ illius ligulas solueret. Nec is tamen suopte impetu ꝓdiit ad prædicãdum, sed voce diuina monitus iã adesse tẽpus agẽdi præconẽ. Siquidẽ haud quaq̃ fortuito, aut humana delegatione venit ad hoc prædicãdi munus, sed hic erat de quo tot ante sæculis vaticinatus fuerat Esaias, & quod in eremo palam ederet prædicationis suæ vocẽ, & quod animos hominũ ad accipiendã Christi doctrinã præuius ipse præpararet, quodq; psuasa superioris vitæ pœnitẽtia, redderet eos capaces gratiæ Christi, peccata per baptismũ suũ cõdonaturi omnibus, quodq; subito mutatis rerũ vicibus, qui ante turgebant inani iusticia legis Mosaicæ, stultaq; philosophia mũdi hui9, deiicerẽtur, & qui antea propter imperitiam ac modestiã humiles & abie-

ꝯti

sti videbantur/atq; inutiles, per Euangelicam doctri/
nam vegeti fierent, & opulenti bonis cœlestibus.
Quæcq; per legis asperitatem difficilia videbantur, &
impedita, per fidem, & Euangelicam gratiam expedi/
ta fierent ac facilia. Quodq; salus hæc non Iudæis tan
tum, sed omnibus totius orbis nationibus aperiretur.
Hæc omnia præcinuerat Esaias, certissimus domini
propheta. Vaticinium enim sic habet: Vox clamãtis
in deserto, parate viã domini, rectas facite semitas eius.
Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis hu
miliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in vias
planas, & videbit omnis caro salutare dei. Iãq; rumor
& aura quędam famæ secreto sparsa per multos de vẽ
turo Messya, ad hæc conscientia malorum/(Nam eo
sæculo nõ fuit aliud inquinati?): postremo tacitus qui
dam afflatus effecerat, vt plærosq; suæ vitæ tęderet, ac
desiderarent illum cuius odor quidam ad eos vtcunq;
peruenerat, qui subito mortalium omne genus esset
innouaturus, & abolitis peccatis, ad iusticiæ regnum
vindicaturus. Quum igitur ad Ioannem cõfluerent,
non solum ex vrbe Hierosolymorum, verũetiam ex
vniuersa Iudæa, præsertim hisce regionibus quæ Ior
danem accolebant, occurrit & ipse Ioannes promptæ
illorum voluntati, & quod in eremo prædicauerat idẽ
densioribus iam turbis ad Iordanis ripas inculcabat,
vt se per pœnitentiã vitæ superioris Messye mox ven
turo

turo præparent, & salutẽ allaturo se præberẽt sanabi-les. Sanabilis autem est, qui morbum suũ agnoscit & odit. iam enim instare, adeo & in proximo esse regnũ cœlorum, fœlicissimũ, quidem illud & exoptabile, sed in quod non pateret aditus, nisi puris ab his terrenis sordibus. Ad hanc vocem in typũ mox abolendarũ animi sordium plurimi tingebãtur in flumine Iordanis, damnantes ipsi viam priorẽ, ac palam agnoscẽtes sua cõmissa. Sic enim visum sapiẽtiæ diuinæ, vt Ioannes qui erat confiniũ Mosaicæ legis iam desituræ, & Euangelicæ gratiæ iam aduentãtis, hoc signo prælu-deret, non ad abolẽda peccata, quod proprie Christo seruabatur, sed ad ꝑparãdos hominũ animos, quo capaciores essent beneficii mox sequuturi. Id factũ est Tyberio Cæsare annũ iam decimũ quintum moderãte Romanũ Imperium, Pontio Pilato huius nomine procurante Iudæã: Herode defuncti fratre, Tetrarcha Galileæ in qua cõmorabatur Christus, & huius fratre Philippo Tetrarcha Itureę, & Trachonitidis regiõis, Lisania Abilinæ Tetrarcha: sacerdotalis ordinis, primas tenẽtibus Anna & Caipha. Itaꝗ Iudæorũ regione in tot principes distracta, prodiit ille, qui cũcta vocaret ad vnius principis ditionẽ. Ac primo quidẽ cõfluentibus ad se turbis, quũ conspiceret Ioãnes non parum multos Pharisæos & Sadducæos venire ad baptismũ, nec ignoraret, quam hoc hominũ genus esset

elatum, ferox ac sibi placēs, ob insignē Mosaicæ legis obseruationem, & patriarcharū merita, à quibus se gloriabātur oriundos. Nam hi velut inuidētes & insi dias struentes baptismo Ioānis tam celebri, subdolā legationē ad illum miserant in Bethaniā, nam ibi tum baptizabat Ioānes, percūtantes, num ipse esset Christus, si esset, mox obiecturi, quod Christus promissus esset de tribu Iuda, quū constaret Ioannē esse Leuiticæ tribus. Porrò quū Ioannes ingenue fassus esset se non esse Christū, ac ne prophetā quidem aliquem ex priscis illis, quos illi redituros in mundū suspicabantur, rogare pergunt, qua frōte per baptismū pollicere tur remissionem peccatorū, quod proprie Christo ser uabatur. Respōdit plurimum interesse inter suū baptismum, quo tantū inuitaret ad resipiscentiā ac pœnitudinem vitæ prioris, & Christi baptismū mox sequuturum, quo cōdonarentur omnia peccata. Ex hoc igi tur hominum genere quum multos videret cum reliquis ad baptismū accurrere, acriorib9 verbis mordet illorū consciētias, quo magis ad pœnitētiam cōmouerentur. Astutū inquit ac maliciosum hominū genus, planeq; nō hominū, sed viperarū progenies, maiorū interfectorū insidiosi, malæq; mētis in omēs, quū ha ctenus vos apud homines sic iactaueritis titulo patrū opinione sanctimoniæ probatorū, falsaq; specie iusticiæ, atq; ita supine regnaueritis, quasi Messyas nunq̃ esset

esset venturus, quis vos submonuit, instare suppliciū ineuitabile, nisi ad pœnitētiæ remediū cum cæteris cō fugissetis ? Et nūc cum his cupiatis baptizare veluti peccatores inter quos admirabilē quādā sanctimoniæ speciē præ vobis ferebatis. Sensistis inanē fore fiduciā vestram, ni iam imminēti diuinæ vltioni vos subduxissetis suffugio pœnitētiæ. Neq; enim patrū merita, neq; legis obseruatio liberat ab æterno supplicio, sed sua quæq; vitæ synceritas cōmendat deo. Posteaq; igitur pœnitet vos vitæ prioris, posthac sic fructificate piis affectib9, & factis qui testētur vos vere resipuisse. Hactenus ob crassitudinem hominū, nōnihil indultū est figuris & vmbris, vt his cancellis circūsepta mortaliū ad mala procliuitas coerceretur ne posset in deteriora prolabi: hacten9 dilatatis phylacteriis in longū productis precibus, lotionib9, crebra mētione patris Abrahæ sanctissimi patriarchæ, extruēdis monumentis prophetarū, quorum posteri vultis videri, parastis vobis apud homines aliquā sanctimoniæ speciē. Post hac quoniā ad lucē Euāgelicā euanescēt vmbræ, veris agēdū erit, si velitis assequi salutē æternā. Pro pristinis peccatis, nō exigitur à vobis holocaustū, aut sanguis pecudis, tātū adsit pœnitētia nō fucata, culpā ipse gratis cōdonabit. Porrò qui sint fruct9 veræ pœnitētiæ, Messyas ipse vos docebit, si dociles repererit. Interim ponite vanā fiduciā, neq; sic vobis ipsis blandiamini

E 2 sancti

sancti sumus, è sancto patre prognati Abrahã. Abraham iustus nihil proderit ex se prognatis, nisi laudatam illius fidem & obedientiam imitentur. Abrahæ promissa est benedictio, quæ nunc instat. Sed ad hanc obtinendã, nõ satis est generis quãlibet arcta propinquitas. Quicunq; diffisi deo mũdi huius præsidiis nituntur, exciderunt à cognatione Abrahæ. Et posthac Abrahæ posteri, nõ è sanguinis affinitate; sed è fidei synceritate censebũtur. Nec ideo desiderabit deus posteritatẽ Abrahæ, cui promissam benedictionẽ persoluat, si vos ab Abrahę moribus desciueritis. Imò illud habete certum, si vos neglexeritis oblatã gratiã, deũ vel ex hisce lapidibus posse suscitare filios suo amico Abrahæ vobis longe potiores. Nec est quod hactenus dilatus aduentus Messyæ/vos reddat negligentes. Nã nunc vrget extremũ periculum, in acie nouaculæ res omnis sita est. Aut synceris animis adeundũ est regnũ cœlorum, aut accipiendũ supplicium æternum. Adest præsens salus amplectentibus, adest pœna præsens & exitium immedicabile respuentibus. Iam enim securis admota est arbori, non ramis aut trunco, sed radicibus, funditus & irreparabili vulnere succisura, ni fœtus deo dignos produxerit. Discrimẽ imminẽs & vrgens/nullã admittit cessationẽ. Properandũ est amputatis omnib⁹ remoris. Adhuc vobis in manu est vtrũ velitis amplecti, non feriet securis, si vos subito mentẽ muta/

mutaueritis. In arbore naturali longū ac difficillimū est mutare succum, vnde fœtus saporem ducat. Hic so la voluntate res peracta est/sed vt accelerātibus cōmu nis est salus, ita cessantibus cōmune est periculum. Ne minem neq; opes neq; generis nobilitas, neq; sapien tia liberabit posthac. Omnis arbor quæ nō attulerit fructū, non dico qualēcunq;, sed insigniter bonum ac dignum regno cœlorū exciditur, & in ignem coniici tur. Hactenus tulit deus ac dissimulauit segniciem ho minū. Error & ignorantia nōnihil veniæ promerebā tur. Ad naturæ legem obsurduerat genus humanum, Moysi lege non ita multū est profectum. Contemptæ sunt prophetarū minę, non audita sunt somnia. Nunc is adest post quē nemo mittēdus est. Cuius aduentus ne quem opprimat, ego prænūcius sum. Si vos vestri pœnituerit, si morbū agnoueritis, si medicū ardenti/ bus votis exceperitis, aderit ille vobis omnibus salu/ taris. Nec enim ipse sum ille quē expectatis. Baptizo quidem vos, sed in hoc tantū, vt resipiscentes, illi vos prębeatis dociles, ac sanabiles vbi venerit, Mox enim aderit, imò iam adest, qui vt me posterior est in ordi ne prædicādi, ita tanto me est modis omnibus supe rior, vt ego quē vos aliquid esse creditis, prorsus indi gnus sim, qui mācipiū apud illū agam, hoc est, vt vel calciamēta illi baiulē, aut calciamētorū corrigiā soluā. Ego nihil aliud sum quā præco, fidelis quidē, & offi

cio fungēs, quod mihi iuxta pphetæ vaticiniū deus iniunxit. Ille autor est, & omnē potestatē secū adfert, seu peccata cōdonādi, seu virtutū omne gen9 cōferen di. Ad illius doctrinā, ad illius baptismū omnes accur rite, siquidē ille vos baptizabit efficaci baptismo. nō aqua tantū, sed spiritu & igni. Spiritu vos trāsforma- bit, igni rapiet ad cœlestia. A vobis nihil exiget nisi syncerā, minimeq; fucatā pœnitudinem. Gratis vobis cōferet sua bona, si vobis ex animo displicuerit vestra mala. Tantum absit fucus, apud illum nihil valiturus. Nihil illum latet, neminē metuit. Seuero & inęuitabili iudicio res agetur. Posthac nihil erit medium, aut in- genue boni sitis oportet, aut ingenue mali. Nihil ille morabitur personatam sanctimoniam. Habet ventila brum in manu sua, perspicit etiā intimos recessus ani morum. Apud hunc aut paleæ sitis oportet, aut purū triticum, sed interim vtrum esse velitis, vobis in ma- nu esse voluit. Frustra latebūt inter syncera grana per mixtæ paleæ. Exacte purgabit ille aream suam, ac tri- ticum recondet in horreum suum, paleas autem com- buret igni inextinguibili. Aut igitur toto pectore co nandum est ad summam virtutem, vt mereamini reci pi in regnum ęternum, aut si dei bonitatem, quę nunc offertur aspernati fueritis, hoc ipso pessimi sitis, quod tantam salutē vltro delatam reiicitis, meritoq; vestro, pro cœlesti pręmio, ęternis gehennę incendiis addica mini.

mini.His sanctissimi viri vocibus adeo commoti sunt populares animi, vt complures qui hactenus legis ob seruatione nixi fuerãt,metu trepidi venerint ad eũ di- cẽtes.Si res sic habet, quid igit̃ cẽses nobis faciẽdum? At ille eos nõ ad legis ceremonias & hominũ cõstitu tiũculas, queãdmodũ solẽt pharisęi, sed ad officia cha ritatis hortabat̃ dicẽs:Prima via placãdi deũ,est bene ficẽtia gratuita in ꝓximũ. Qui vestitu abũdat,impar tiat nudo, qui cibis abũdat, cõmunicet famelico.Acce debãt & publicani, qđ hominũ gen⁹ abominãtur Iu dęi,qđ fere vel in gratiã principũ,vel ad explẽdã aua- riciã suã,populũ expilare soleãt.Rogãt pauidi quid si- bi cẽseat agẽdum . Nec hos ille reiicit à baptismo,nec his rursus indicit vt sua largirẽtur, quib⁹ iam diu solẽ ne erat aliena rapere,sed vt aliquo gradu propius acce derẽt,ad perfectã Christi doctrinã,edicit ne quid exi- gãt à populo, pręter id quod à prĩcipe pręscriptũ sit. Deniꝗ venerũt & milites violentũ & infame gn⁹ ho minũ.Nec hos à se submouet,satis ipsa re loquens Iu dęis Christũ nullũ omnino genus hominũ aspernatu rũ.Nihil hi cõfitentur,siquidẽ hoc ipsum militẽ profi teri,est malorũ lernã cõfiteri.Rogãt qđ sibi quoꝗ det cõsilii. At ille tã rudes magis docet,qđ sit vitãdũ,quo min⁹ essent mali, ꝙ̃ quid agẽdũ vt fierẽt absolute bo ni.Ne abutamini inquit armis vestris,que non nisi in hostes imperatoris iussu mouẽda sunt,ne quẽ per vim

pulſetis, aut concutiatis, quum in hoc conducti ſitis, vt veſtra opera ſit tranquilla prouincia, neue abutamini veſtra cum præſidibus familiaritate, falſo quempiã deferentes per calumniam, vt hinc turpe lucrũ ad vos redeat. Poſtremo contenti ſtipendiis veſtris, neminem fraudetis aut ſpolietis. Si quidem in hoc dantur à principe ſalaria, ne ſit aliena rapiendi neceſſitas. Sic ille leuioribꝰ pceptis, vt erat cuiuſq; capacitas omnes Chriſto venturo præparabat, ſpiritu præuidens Chriſtum, quem oculis corporeis nondum viderat. Itaq; rumore variis modis per angelos, per paſtores, per magos, per Herodis crudelem ſolicitudinẽ, per Zachariæ prophetiam, per Simionem, per Annã, paulatim & clanculum, ſed multo maxime per apertũ/ſummaq; cum autoritate coniunctum Ioannis patrocinium, iam late ſparſo/indieſq; gliſcẽte, ſic vt mali quoq; metu territi/ſeſe ad denunciatum Chriſti aduentum componerent, nimirum tempus erat vt ipſe prodiret in Theatrum mundi, nõ iam alieno teſtimonio, ſed ſuis ipſius virtutibus ſeſe declaraturus, qualis & quantus eſſet, & obſcuraturus omnes homines, quorum teſtimonio fuerat ante commendatus. Reliquit igitur Ieſus Galilæam in qua hactenꝰ latuerat, & patris negociũ acturus, maternam deſerit Nazareth, ad Iordanem properat, vbi conferti ſſimam turbam è diuerſis Iudææ regionibus conflatam teſtem haberet eorum quæ dicerentur,

rentur, ac gererentur. Per medias peccatorum turmas, is qui solus omnium nulla peccati labe contactus fuerat, Imo qui solus tolleret peccata mundi, velut peccator adit Ioannem, baptismum ab illo flagitat, qui solus baptismum omnem sanctificat. Ioannes nondum plane [illegible] ille Messias fu[illegible], sed tamen admirabilem probitatem ipsis oculis, totoq; vultu & incessu sese exerentem animaduertens, excusat præposterū officium, nullo interim certo elogio dignitatem illius honorans. Tantum inquit par erat, vt ego qui tuis virtutib9 longe sum inferior, abs te baptismum flagitarem. Et vnde factum est vt teipsum vsq; adeo demittas, vt à me tingi postules, quum nemo purior ab omnibus peccatis! Hęc ita gesta sunt dispensante deo, vt & admirabilis Christi modestiæ nobis pararetur exemplum, & Ioannis testimonio constaret omnibus, Christum haud quaq; vllius mali sibi conscium postulasse baptismū. Sic enim baptizatus est, vt circūcisus, vt purificatus in templo cū matre, vt flagellatus, vt crucifixus. Nobis hæc omnia passus est, non sibi. Proinde quum Ioannes constanter testificans suam indignitatem & Christi dignitatē efferens recusaret baptistæ officiū: Christus nulla quidem suspicione sinistra polluit innocētiam suā, quam omnibus notam ac persuasam esse oportuit, hui9 inquit negocii partes suum quæq; tempus habent. Tu

patere

Sic nos decet implere ōnē iusticiam.

patere interim, vt abs te baptismū impetrē, ne putes indecorū tibi, si tingas te (vt ais) meliorē, mihi certe decorū est, vt qui omnes ad me pertrahere cupio, omnem impleā iusticiā. Etenim qui docet omnes, & qui perfecta docet, eū nō oportet cōmittere, vt aliqua vel minima iniusticię species in ipsi9 morib9 hęreat. Omnibus oīa fiā oportet, vt omnes patri lucrifaciā. His auditis, Ioānes cū Christo descēdit in Iordanē, ac tinxit eū. Ac species quidē exēplū habet salutare in Christo modestiæ, in Ioāne obedi<ēt>iæ, cęterū res atq; effectus plane pręposteræ cessit. Siquidē nos consecrat baptism9, ille baptismū cōsecrauit sacro sui corporis cōtactu. Simul autē vt ostēderet quid nobis agendū esset à baptismo, & quāta felicitas daretur per baptismū. Iesus alacer ac properans velut depositis peccatorū sarcina, egressus ab aqua, docēs in lotionib9 nō esse cōmorandū, nec ad eas subinde redeundū, iteratis peccatis, sed semel abiectis ac sepultis in baptismo cōmissis vitę prioris, ad spiritualis vitę munia festinādum, cōpositis genibus, & sublatis in cœlū manibus, deprecatus est patrē vt hoc negociū seruādi gen9 humanū, quod aggrederetur, omnibus fœlix ac faustū esse vellet, isq; sua paterna autoritate cōmendaret filiū suum orbi, ne parū grauis esset Ioānis autoritas, quāquam hoc quoque pro tēpore profuit crassis & rudibus. Et ecce palam teste tāta hominū multitudine, pater asseruit autoritatem

ritatem filio suo. Cœli diffissi prodigiosam quandam lucem ostenderũt. Quin & Ioannes conspexit spiritũ cœlestem visibili specie columbæ, delabi è cœlo, & sacro illius vertici insidẽtem. Vnde colũba venerat, oculis cõspicua, inde venit & vox paterna, aurib⁹ omniũ insonãs. Hic inquẽs est ille filius meus vnice dilectus, delicium animi mei, & in quo mihi singulariter placeo, ipsum audite, meæ mẽtis interpretem, & meæ bonitatis erga vos dispẽsatorem. Quoniam autem Iesus id tẽporis adhuc ignotus erat multitudini, que de Ioãne magnifice sentiebat, ne vox, que è sublimi missa, neminem certo designabat sensibus, putaretur ad Ioãnem pertinere: idcirco additum est cœlestis columbæ visibile signum, que capiti insidens ceu digito demonstraret omnib⁹ ad quem ea vox pertineret. Quo quidem signo & ipse Ioannes iam plene certoq; monit⁹ est, illum esse filium dei. Quod post palam testificatus est hoc signum & ante sibi promissum à patre fuisse, quo citra dubitationẽ in tanta hominũ turba dignosceret illũ qui baptizatur⁹ esset omnes in spũ & igni. Atq; his ceremoniis domin⁹ Iesus declaratus & cõsecratus est magister noster, cuius Theologiã quisquis sequetur, is vere beatus erit. Caput. IIII.

AC ne his quidẽ iactis exordiis statim ꝓsilit ad prędicandum, licet cœlitus autoritate tradita: sed subito à turbarum oculis subducit sese in solitudinem.

dinem, quod secessus à populi commercio & auget autoritatē & acuit desiderium:eos autē potissimū aggreditur spiritus ille instigator malorum, qui relictis mūdi cupiditatibus,purā ac cœlestem vitā meditātur. Hoc igitur tacite nos docens Iesus petit solitudinem. Idq; facit non hortatu cuiusquā,sed suo ipsius spiritu. Nam qui baptizatus est, iam exuit affectus carnales, & factus regeneratione spiritualis, spiritus sancti ducitur & agitur arbitrio. Nō meminit Bethlehem,nō repetit Nazareth,non redit ad matrem aut nutriciū,sed impetu raptusq; spiritus, veterū prophetarū exemplo nemorū deserta petit. Vegetat animū tyronis Christiani secessus, & aliquoties tutius est/se feris committere quā hominib9. Baptismus aufert oīa delicta vitæ superioris,sed ob hoc nemo tutus est ab insidiis satanę, qui socorditer agit. Alioqui prauę cupiditates meditātur repullulascere,præsertim in rudibus/& nuper initiatis Christo: & improbus ille satanas, tam inuidus humanæ salutis quā Christus est auidus,miris cuniculis & insidiis solicitat ad defectionem,vt maiore tyrānide possideat relapsum quā antea possederat suū. Aduersus hæc pericula Christus demōstrat tribus potissimū rebus occurrendū. Crebris ac puris præcationibus, Fuga turbæ, Fuga luxus/& abstinētia, non sine diligēti meditatione diuinarū scripturarū, ne perniciē adferat ignaua solitudo. Et quoniā arduā hāc & ange

licā

licam vitam molientibus, potissimum diabolus solet insidias struere, Christus ipse velut optimus doctor progressus in palæstram, suos athletas docuit, quibus modis superandus sit ille maliciosus, callidus veterator, quamquam nihil possit aduersus sobrios, ac vigilantes, totoq; pectore fidētes scripturis diuinis. Quin & hoc interim agebat dominus Iesus, vt ita paulatim hoc mysteriū innotesceret mundo, vt satanas qui non ob aliud certum scire cupiebat, nū hic esset filius dei, quem audierat hoc titulo à patre honoratū, nisi vt redemptionem humani generis impediret, sic in ancipiti teneretur vt non ante certo nosset hunc esse Messyā quàm suam tyrannidem subuersam cerneret. Simul & illud nos commonefacit Christus, neminem idoneum ad Euangelicam prędicationem, nisi qui iam sui periculo facto, firmus sit & validus aduersus omnes mundanas cupiditates, luxum, & hui⁹ comites libidinem, ambitionem, auariciam & his consimiles, quibus hostis simplicium animos velut arietibus pulsat quatitq;. Quum igitur Christus inediam ad quadragesimum vsq; diem ꝑduxisset, Danielem, Heliam, ac Mosen referens, quod sic erat supra vires humanas, vt tamen ab hominibus factum Iudæi crederent, tandem vt manifestam humanæ imbecillitati speciem daret, non dissimulauit se famis molestiam sentire. Siquidem iuxta cōmunē humani corporis naturam humoris inopia stomachū

machum molesto sensu cruciabat. Id vbi sensit insidiosus ille tētator, ac nihil aliud quā hominē suspicans, licet admirabilē: hamum proiicit inanis gloriæ illecebra inescatū, quod hinc maxime capiatur, qui videntur ad summa tēdere. Si fili⁹ inquit es dei, quid opus est te fame cruciari? Dic potius vt hi lapides tibi vertantur in panes. Nutu tibi potes præstare quod desideras. Dolosum insidiatorē sic elusit Christus, vt nec nomen filii dei recusaret, nec se fame vinci posse vt hominē quēlibet, demonstraret. Etenim ne sibi vindicaret autoritatē respōsi, notissimā illi scripturam obiicit. Scriptū est inquiens, in Duteronomio: Nō ex solo pane victurus est homo, sed ex omni sermone qui proficiscitur ex ore dei. Elusus ancipiti responso, iam & ipse sacræ scripturæ verbis abutitur ad lædēdū. Sustulit illum diabolus in sanctā ciuitatē, & impositum summo tēpli pinnaculo/hortatus est, vt si vere filius dei esset, e sublimi se præcipitē daret, id illi impune fore, quādo quidem ita promisisset ipse deus in psalmo mystico: Angelis suis mandaturus est de te, & in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuū. At dominus Iesus opposita scriptura tacite docet, quàm ille peruerse torqueret sacræ scripturæ sensum. E diuerso inquit, scriptum est Deuteronomio: Non tentabis dominū deum tuū. Siquidem ad hoc hortatur scriptura, vt in necessitatib⁹ ingruētibus be

ne

ne speremus, auxilio diuino freti, non vt temere nosmetipsos in periculũ præcipitemus. Piorũ miracula non probantur accersendis periculis, sed depellẽdis quæ aliunde acciderint. Nec enim pium est quẽquã in flumen præcipitare, vt eo liberato vir magnus appareas, sed eum qui casu delapsus sit eripere. Nec quauis de causa, nec apud quosuis sunt ædenda miracula. Apud Herodẽ cupidum harũ rerum, ne loqui quidẽ dignatus est Iesus, tantũ abest, vt in gratiã satanæ virtutis diuinę specimen ędere voluerit. Quoties id suadet afflata charitas, quotiẽs id postulat gloria dei, tum exerẽda ẽst vis numinis, Iam quo suos doceret Christus, ne post vnã aut alterã victoriã securitati se traderent, sed semper in excubiis agẽtes, sese præberẽt paratos ad om̃es satanę assultus: diabolus à tẽpli pinaculo sublatũ, in montẽ quendã vehẽmẽter æditũ abduxit, vnde liber vndiq; & late patẽs prospect9, subiiceret oculis om̃ia regna mũdi, & admirãdã cuiusq; gloriam strepitumq;. Nimirũ expertus erat, in cęteris hominibus nihil esse tam impiũ ac nefariũ, qđ imperii causa nõ auderent. Porrò quũ deus sit omniũ rerum autor & cõditor, quæ in cœlis sunt ac terris, nec ĩ his vllũ ius habeat diabolus, nisi si quid ab ipso viciatũ est, tamen perinde quasi dñs omniũ, sic audet improbus loqui Christo. Hæc omnia tibi dabo, si procidẽs adoraueris me. O cæcã impietatem, pollicetur aliena

et

& præmiũ petit ſceleratus ſpiritus,ſoli deo congruẽs, At Ieſus qui hacten⁹ ſuam contumeliam moderate tulit,non fert patris ignominiam.Abi inquit ſatana,longe aliud docet diuina ſcriptura,quã tu ſuades. Illa ait, dominũ deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. His atq; aliis modis quum tentaſſet eum diabolus,ſemper expertus athletam inuictum aduerſus omnes machinas,tandem reliquit eum:bis ſua ſpe fruſtrat⁹, primũ ꝙ ſenſiſſet inſuperabilem, deinde ꝙ quum expiſcatũ veniſſet num eſſet filius dei,aliquanto incertior dimitteretur ꝗ̃ venerat.Hunc conflictum tametſi deo dũtaxat & angelis teſtib⁹ geſtum poſt ſuis ignotũ eſſe noluit dominus Ieſus, ne neſciremus cum ꝗ̃ improbo hoſte nobis res eſſet,& quibus autoramentis ille ſollicitaret incautos animos,non vt deſperaremus,ſed vt vigilaremus. Vicit illum Chriſtus,vt nobis oſtenderet vinci poſſe, & vincendi rationem docuit. Deniq; nobis vicit non ſibi,per nos eundem victurus, ſi modo promerebitur illum nobis habere pręſentem.Audiet & a Chriſto per nos,abi Satana,metuetq; famulos eius,à quo victus eſt.Porrò quẽadmodum in humana militia vices rerum ſunt, & labores ocio, dura iucundis recreantur,& poſt diros conflictus celebrãtur epinicia, ita in Chriſti militia ſemper aſpera lætorum viciſſitudine mitigantur.Poſt toleratam impuri ſpiritus improbitatem mox adſunt angeli,& Chriſto victori

victori subseruiunt. Hæc videlicet rerum imago nos docet, vt in rebus tristibus spe lætiorum fulciamꝰ animum, dei bonitate freti, qui sic moderatur omnia, vt vicissim & rebꝰ asperis exerceat ꝓbetq; militū suorū fortitudinē, & rursus solatio quopiā inuitet ad gratulationē, & gratiarū actionē, qui Christianorū triūphus est, qui & in afflictionibꝰ inuicti sunt presidio dei, & si quid prosperitatis affulserit, id totum ascribunt bonitati munificientiæq; diuinæ. Ita fit, vt nec sæuiente fortuna deiiciantur animo, nec rebus prosperioribus insolescant. Quum igitur Christo satis esset conciliatum autoritatis & opinionis, presertim quum Ioannes illum veluti tradens & commendans suis discipulis, digito demonstraret ac diceret: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi, quum superato diabolo, totus afflatus esset spiritu sancto: nihil restabat, nisi vt auspicandæ prædicationi tempus ac locus sumeretur. Ioānes nullum æddiderat miraculum, sola pœnitentiæ prędicatione contentus, Christus illo prędicante siluit, ne quid dissidii nasceretur inter vtriusq; discipulos, vt adhuc erant rudes, & carnem sapientes humanis affectibus obnoxii. Porrò boni doctoris est, sese ad captum eorum quos instituit demittere. Verū tum demum aggreditur docendi negociū, vbi rumor vulgasset Ioānem ab Herode tetrarcha fuisse coniectum in vincula, nimirum ferens premium quod solēt/qui

Audiēs autē Iesus.

F apud

apud huius mundi principes audent liberius admone re, maluntque salutaria dicere quam iucunda. Admonuerat enim tetrarchã de incæsto cõiugio, quo sibi philippi fratris vxorem adiunctam habebat. Et gaudẽt nonnũ quã etiam mali principes habere domi viros insigni probitatis opinione celebres, & commendatos, nõ vt horum consiliis obtemperent, sed vt quod agunt ex animo suo, ex horum consiliis agere videantur apud ignaram plebem. Atque in aliis quidem rebus leuiori/ bus frequenter illius monitis paruerat, hic vbi præci pue conueniebat obtemperare, ad impuræ saltatricu/ læ libidinem & turpissimæ matris affectum virũ opti mum in carcerẽ detruserat, ac deinde crudelissima ne/ ce tanti viri, cõuiuium suum nataliciun, & procerum suorum oculos funestauit. Hoc igitur quum audisset Iesus, nõ quod metueret ipse, sed vti doceret suos, nõ esse vltro accersendum periculum si liceat vitare com/ mode, sed quoties oppressit fortiter esse negligendũ: Relicta Nazareth secessit in Galilæam gẽtium, in qua Solomon viginti quinque ciuitates donauit Hire regi Tyriorum: Et cõtulit se in ciuitatem Capernaum, ob hoc dictam maritimam, quod finitima sit stagno Genaza reth in finibus Zabulon & Neptalim, videlicet duarũ tribuum, in quarum priore est Galilæa, in altera Gali læa gentium cognominata, Christo iam tum sub hac imagine ceu minitante fore, vt Iudæis respuentibus & affligẽtibus

affligētibus Euāgelii præcones, ad gentes Euangeliū deferret. Ac ne quis hoc fortuito sic visu venisse putet, sic fore iam olim prędixerat Esaias, quum fatidico afflatus spiritu caneret. In terra Zabulon & terra Neptalim, que finitima est litori marino, in Galilæa quę dicitur gentium, populus qui ante hac habitabat in tenebris vidit lucem magnā, & admirabilem, & iis qui ante versabātur in densissima caligine, qualis est apud inferos, exorta lux est. Itaq; quod ad tēpus attinet, vbi desiit Ioannes, incipit Christus. Siquidem ad Euāgelii clarissimam lucem, euanescunt vmbræ legis Mosaicæ. Quod ad locum pertinet, Ad primam afflictionem sancti præconis, ad gentium nomen itur: & lux quam Iudæi, cupiditatibus excęcati, ferre nō poterāt ad gentes Idololatras demigratura pingitur: sed sic vt à confinio nō recedatur, vt vtrinq; possit audiri tuba vocis Euāgelicæ. Quāquā & alioqui non inutile theatrum erat ea regio, propter cōmoditatem portuum, & aliquot celebres ciuitates, in litore sitas, quæ ob commercia negociationū à longinquis etiam frequētabātur. Nunc exordium prædicationis audiamus. Vt Ioāni successit, ne ab se alienaret, quos illius admiratio iā totos occuparat, à nota & familiari illius doctrina rem auspicatur, lactans interim infirmos, vt post solidum illis cibum proferat iam firmiorib⁹. Hic nimirum est ordo doctorū, qui malūt prodesse auditorib⁹ q̄ semet

apud alios ostentare. Est autem Christi prędicatio nō solum mitior quā Ioānis, (nulla enim hic securis, aut ventilabri, aut ignis nunquā extinguendi mentio.) Verum multis beneficiis in omnes citra discrimen ac currētes cōmendata. Clamat igitur & Iesus, veluti Io annem referens: Resipiscite, pœniteat vos vitę prioris. Iā enim instat regnū cœlorū, quod quū nulli sit clau dendū, nullis tamē patebit nisi puris, & cœlestia quæ-rentibus: & quicquid est terrenarū cupiditatū ampu-tantibus. Quid hac philosophia simplici⁹? Sua cuiq; mala displiceant, & gratis adsunt omnib⁹ bona cœle-stia. Iam vero tēpus erat, vt ipse quoq; Iesus chorum aliquem discipulorū colligeret, quos familiares habe-ret testes omniū quę faceret ac diceret, & p quos alios deinceps doceret. Sed aduerte quales sibi delegerit, nō philosophos, nō pharisæos, non sacerdotes, nō opulē tos. Noluit enim euāgelii gloriam vllis mundi præsi-diis inquinari. Sed quū ambularet iuxta lacum, quem diximus esse in cōfinio vtriusq; Galilææ, cōspexit du os fratres germanos, quorū alteri nomen erat Simon, qui idem dictus est Petrus, alteri nomē Andreas, patri nomen erat Ioānes. Hi prius audito Ioāne, eius horta tu sequi cœperunt Iesum. Sed vtroq; relicto redierant ad artem, qua soliti sunt sibi parare cibum. Iamq; sata gebant in suo negocio mittētes rete in lacū. Ominis erat boni, primū iuuentus nouæ doctrinæ capacior,

deinde

deinde fratrum cōcordia sese mutuo studio iuuantiū, ad hæc ars innoxia, è publico lacu tenuem victū parās, deniq; piscatio ipsa nouæ piscationis admonebat, nō quæ lineis textis captaret pisces in cibum ventris, sed quæ reti sermonis Euāgelici captaret homines immersos terrenis curis ad desideriū vitæ cœlestis. Itaq; corporis intentos necessitati Iesus interpellās, me inquit, sequamini & à me discetis artem certe meliorē, quā à patre didicistis. Nec artem tamē deseretis, sed in melius cōmutabitis. Siquidē efficiā posthac vt sitis piscatores hominū, vt qui nūc pisciculis insidiamini in perniciē, homines capiatis in salutē æternam. Agnouerunt vocē eius cui aliquādo crediderant, & cuius humanitatem domestico colloquio fuerāt experti: sed addita voci energia perfecit, vt protinus ad vocem vocātis, nō solum obliuiscerētur pisciū, verūetiam retia vt erāt relinquerēt inibi: ac ne domesticis quidē salutatis Iesum (vt illic ambulabat) sequerētur. Nihil adhuc præclari viderāt in Iesu, & tamē nihil contati, nec solliciti vnde victus in posterū suppeteret, simplici verbo vocāti sese adiūgunt comites, ne morte quidē diuellendi. Hinc aliquātulū progressus Iesus, cōspicatus est alios duos fratres, Iacobū & Ioānē filios Zebedæi, magis etiam placuit fratrū & patris cōcordia. Oēs eadem habebat scapha, rem eādem moliētes, nimirum quod Petrus & Andreas. Sed his in mora erant rupta lon-

gò vſu retia, tenuitatis argumentũ. In his igitur recõcinnãdis ac ſarciendis vehementer intentos, interpellauit Ieſus velut obiter prӕteriens, iuſſitq; vti ſeſe ſequerentur. Nec mora, ſimpliciſſimӕ fiduciӕ iuuenes, ilico relictis retibus, ac ne patris quidẽ memores, Ieſu comitatui ſeſe adiungũt. Sic illos formauerat Ioãnis prędicatio, ſic merebatur animi promptitudo, ſic illos attraxit afflatus Chriſti, qui totus ſpirabat cœleſte numen, quo plen9 erat. Videtis exordia noſtrӕ philoſophiӕ, per quã viſum eſt deo ſeruare gen9 humanũ vniuerſum. Videtis pompã ac ſtrepitum Euãgelicӕ ſcholӕ. Pauculis hiſce piſcatoribus idiotis, plebeis, & pauperculis, comitatus paup ipſe Ieſus obãbulabat p totam Galilӕam, non iam in angulis aut in deſerto, ſed in frequẽtibus illorum Synagogis, prӕdicãs & annũcians adeſſe iam olim promiſſum regnũ cœlorũ, non territãs metu gehennę, quemadmodũ fecerat Ioãnes, ſed beneficiis gratuitis inuitãs & alliciens omnes. Etenim quocũq; ſeſe cõferebat, gratis & citra diſcrimen medebatur omnibus omniũ morbis, neq; repellens quenquã, quãlibet humilẽ ac plebeum, & eadẽ facilitate profligans omnẽ morbũ, quantũuis inſanabilẽ, quo ſimul & miraculis potentiã ſuã declararet, humana maiorẽ, & beneficentia gratuita ſibi cõciliaret amorem omniũ. Libentius enim illi credimus, quem amamus. Porrò beneficiis conciliãtur & ferӕ. Nullum autem

tem beneficium diuinius, quàm restitutę sanitatis. His rebus factum est, vt rumore per omnẽ Syriã sparso, plures etiam è loginquo deportarent suos, variis morbis & cruciatibus obnoxios: ad hęc dæmoniacos, lunaticos & paralyticos, quos medici fere aut non suscipiunt curandos, aut frustra curare solent: nimirum artem superante malo. At Iesus non humanis pharmacis, sed virtute cœlesti, qua poterat & mortuos excitare, nullo negocio sanabat omnes. Parum erat illi tollere morbos corporum, qui tollebat morbos animorũ. Minimũ erat illi remorari vitam corporis, qui venerat omnibus largiturus vitam æternã. Confluxit igitur hinc atq; hinc ingẽs hominũ turba, nõ solũ è Galilæa gentium, in qua versabatur: verũetiam ex altera Galilæa quæ erat vltra lacũ, & regione quæ ob decẽ ciuitates, quas complectitur, Decapolis dicta est. Item ex Hierosolymis, reliquaq; Iudæa, ac locis vltra Iordanẽ sitis. Ad beneficiũ affluũt omnes quũ est opus. Nouitatis admiratione plęriq; ducũtur. Nõnullos trahebat liuor, & insidiãdi libido. Omnes quod quidem in ipso est attrahit Iesus, sed pauci sunt idonei cœlestis philosophiæ, cuius tradendæ gratia potissimum venerat. Populũ cura corporis mouet, qui gaudet nouis spectaculis oculos pascere. Sed huiusmodi theatro nõ admodũ delectatur is qui perfecta quęrit, longeq; semota ab affectib9 popularib9.

CAP. V.

IESVS igitur conspiciens turbā indies magis ac magis densari, promiscuis hominum generibus, veluti subducit sese ab humili loco, qui facile patebat quibuslibet: ac monte conscenso, iam cœlestis philosophię doctorem agere cœpit, ipsa loci celsitudine declarans, se nihil plebeum aut humile traditurum, sed ardua cœlestiaq; omnia. Simul Mosi referens exemplū, qui legem proditurus populo montem ascēdisse legitur. Ascendentem sequuti sunt discipuli, quos sibi peculiariter delegerat, sic tamen vt turba non sit prohibita sequi, si quibus tantum ardoris ac roboris adfuisset. Itaq; superato montis fastigio, consedit Iesus, non vti fessus, sed velut ardua quædam magisq; seria docturus, quæ attentum auditorem requirerent. Id vbi sensere discipuli, propius illum cinxerūt, ne quid illius sacræ doctrinæ posset effluere. Iesus igitur non ex Iarche aureo solio aut superciliosо philosophorum pulpito, aut arroganti pharisæorum cathedra, sed ex herbido thoro, diuinam ac salutiferam illam suam philosophiam auspicatur, Vertit oculos non in turbam, sed in discipulos: & aperto sacro ore suo, Euangelicæ doctrinæ nondū audita dogmata cœpit depromere, plurimum abhorrentia ab omnium opinione, qui mundo videntur admodum sapere. Beatitudinem pollicentur omnes qui se doctores sapientiæ profitentur. Beatitudinem expetunt omnes cuiuscunq; status sunt aut

cōditiōis.

conditionis. Sed quibus in rebus sita sit hominis fœlicitas, hinc multa inter philosophos cõtrouersia, multus in vita mortalium error. Hic quoniam scopus est, & fundamẽtum totius sapientiæ. Primum explicat Iesus, paradoxa docens, sed verissima: & ideo miraculis præstruxit fidem sermoni incredibili, vt qui virtutem ipsius experti essent efficacem in sanandis corporum morbis, confiderent & doctrinã esse veracem, qua mederetur morbis animorum. Hæc tamen audierunt discipuli pauci, & beatitudinem sunt amplexi. Audiant omnes: nam omnibus loquutus est, & omnes redden tur felices. Ex falsis opinionibus oriuntur omnia peccata vitæ. His igitur eximendis ante omnia studendũ est. Quoniam perniciosissimus animorum morbus est ferocitas, & arrogãtia, quæ non sinit hominem esse capacem veræ doctrinæ. Imò fons est vnde fere scatet quicquid est capitalium vitiorum, huic primum medetur Iesus. Beati inquiens pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cœlorum. Quorum aures tu Bti pau lissent vocem tam inopinabilem, nisi post tot testimo pes spinia Ioannis, patris columbæ, postremo præsentibus ritu. signis fuisset autoritas commendata, & conciliata fides! Multos rei familiaris tenuitas, generis humilitas, conditionis obscuritas, fortunæ aduersitas reddit abiectos & humiles sibiq; displicentes. Sunt hi quidem viciniores Euangelicæ beatitudini, si quo vocat fortuna,



tuna, sequantur animo. Verum hæc spirituum humilitas in affectu sita est, non in rebus extrariis. Sed vnde regnum huic/ qui nihil arrogat sibi, qui cedit omnibus, qui sibi displicet, qui neminem protrudit aut lædit? is enim propior asininæ seruituti videtur quã regno. Hoc hominum genus vbiq; conculcatur, læditur impune, viuit abiectum & obscurum, egens, ac destitutum. Atqui verum est quod dixit veritas, horum tantum est regnum, sed cœlorum. An tu regnare putas istos feroces ac violentos? Seruitutem seruiũt, multos patiuntur tyrannos. Discruciantur auaritia, ira, liuore, cupiditate vindictæ, metu, spe. Vix viuunt, tantum abest vt regnẽt. At qui liber est his curis omnibus, fretus innocentia sua, fretus deo, fretus præmiis futuri seculi, tranquillo pectore contemnit ea quæ sunt huius mundi, & sequitur bona cœlestia: nonne regnum obtinet longe pulchrius ac magnificentius regno tyrannorum? Non huic imperat libido, non auaricia, non liuor, non ira, non cæteræ pestes animorum. Et armatus fide, quoties res postulat, imperat morbis, & fugiunt: imperat vndis & conquiescunt: imperat dæmonibus & emigrant. Tam potens est regnum animi, sibi diffidentis, ac deo fidentis, humanis diffisi præsidiis, & ex cœlo pendentis. Non diadema, non vnguentum, non satellitium dant regnum: hæc sunt quæ vere regem faciunt, ac deniq; ad cœlestis

ftis æternicꝗ regni cõfortium euocant, vbi nulla iam erit rebellio. Regnum mundanum paratur violentia, ferocia defenditur. Hoc regnum parit modeftia, tuetur & conftabilit humilitas. Mundus non iudicat regno gerendo idoneos, nifi qui generofo præditi fpiritu ingentes tollunt animos. Deus ad fuum regnum eos potiffimum euehit qui fe maxime deiiciunt. Pergit Iefus, & addit huic fimile paradoxon. Beati mites, quoniam hii poffidebunt hæreditate terram. Qui nam funt mites? qui nulli vim faciunt, qui læfi facile condonant iniuriam, qui malunt rem perdere/ quàm contendere, qui pluris faciunt concordiã & animi trãquillitatem/ quàm latifundium, quibus optabilior eft quieta paupertas/ quàm rixofæ diuitię. Sed hoc hominum genus folet fuis agris deturbari, tantumcꝗ abeft vt aliena fibi parent, vt auitis etiam poffeffionibus pellantur. Sed hæc eft noua dilatãdę poffeffionis ratio, vt plus impetret ab vltro largiẽtibus mãfuetudo, quàm per fas nefafcꝗ paret aliorum rapacitas. Immitis ac ferox dñs nec hoc poffidet qđ habet. Placidus autẽ qui mauult fua cedere quã pro his digladiari, tot locis habet fundũ quot locis repperit amantes Eũãgelicę mãfuetudinis. Inuifa eft omnibus peruicacia, manfuetudini fauent & ethnici. Poftremo, fi perit poffeffio mi ti, damnum nõ eft, fed ingens lucrum, periit ager, fed incolumi tranquillitate animi. Magno cum lucro vendidit

Beati mites.

didit fundum, qui vitauit tumultum & seruauit animi quietē. Postremo vt omnibus excludatur mitis, tanto certior est illi cœlestis terræ possessio vnde depelli nō poterit. Mūdus vt infœlices deplorat, qui pulsi patria, solum vertere cogūtur, sed Christus beatos pnūciat, qui ob Euāgelium exulant, cœlo municipes asscripti. Excussi sunt à iure ciuitatis vnius, eiecti domo, profligati patria, sed Euāgelico viro totus mundus patria est, & piis cœlum certissima domus est, patriaq; secu-
Beati q lugent. rissima. Vulgo misera res est orbitas, adeo vt quidā orbati suis affectibus, puta vxore, parētibus, fratrib9, aut liberis, nōnunquā sibi manus adferāt. Et ob hoc adhibētur amici, qui luctus acerbitatem consolatione leniant. Sed beati qui lugent ob amorē Euāgelii, qui vel distrahūtur à suis affectibus, qui quos habēt charissimos vident ob Euangelicam iusticiā affligi truci dariq;, qui spretis huius mūdi voluptatib9, in lachrymis, in vigiliis, in ieiuniis vitā transigunt, nam his spiritus ille cœlestis aderit, secretus cōsolator, qui temporarium luctū inæstimabili mentis gaudio pēsabit, interim mox ad ęterna gaudia transferēdis. Humana cōsolatio frequenter ægritudinē, dum mederi studet, exasperat. At spiritus ille verus cōsolator, sic intus exhilarat animū sibi bene conscium, deq; futuræ vitæ præmiis, certū, vt in atrocissimis etiā corporū afflictiōib9 sibi gratulētur. Tātū abest vt sibi videātur infœlices.

Publi

Publica omniũ opinione res est acerba fames, & ege stas res est velis equisq́ fugienda, neq́ quisquã nõ eos beatos prædicat, qui rem familiarem luculenter auxe rint, & constabilierint, vt liceat affatim frui. Sed nec opes quãlibet aggestæ saturant animũ, neq́ fœlicitas hominis ventris saturitate metienda est. Quos igitur Christus in hoc genere beatos pronũciat? Beati inqt qui esuriunt & sitiũt iusticiam: leuiter appetenda sunt ista, quib9 alitur, ac fouetur corpus, in quorũ cura vul gus tam misere torquetur. Et expletos nõnunquã ma gis cruciat saturitas, quã fames cruciabat, & mox à saturitate recurrit sitis ac fames subinde sarcienda. Et ista piis paruo contẽtis, nec præter necessaria quicquã desiderãtibus, vel non sollicitis vbinis adsunt, eo nimi rum suppeditãte, qui pascit & passerculos, & lilia. Fœ lices autem, qui famẽ & sitim hanc à reb9 corporeis/ & perituris trãsferunt ad expetendã iusticiã Euangeli cam. Vbi semper est quod esuriatur, semper quod sitia tur, & beata satietas est, & hoc ipm̃ beatitudinis pars est, esurire panẽ illum animi, de quo qui ederit viuet in æternum. sitire aquã illam viuã, de qua qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã ęternã. Vulgus exi/ stimat eos fœlices qui iuuantur aliena beneficentia, & subleuato gratulantur magis quã subleuati. At ego beatos pronũcio misericordes, qui pro charitate fra/ terna, alienam miseriã suã esse ducũt, qui proximi ma lis

Beati q esuriũt.

Beati miseri/ cordes.

lis indolescũt, qui calamitatib⁹ aliorũ illachrymãt, qui de suo pascũt egentẽ, vestiũt nudũ, monẽt errantem, docẽt ignorantẽ, condonãt peccãti, breuiter qui quicquid habẽt dotis, id aliis subleuãdis ac refocillãdis impendũt. Nõ enim is sumptũ facit, sed lucrũ. Siquidem misericors ac benefic⁹ in proximũ, sentiet deũ erga se multo magis misericordẽ, ac benignius beneficũ. Cõdonasti proximo delictũ aliquod leuiusculũ, tibi deus cõdonabit omnia peccata. Remisisti fratri vindictã tẽporariã, tibi deus remittet pœnã æternam. Subleuasti tua pecunia fratris inopiã, tibi reddet deus opes suas cœlestes. Apud homines pauperescũt misericordes, dũ largitione exhauriuntur facultates, sed apud deũ locupletantur, dum exhausto scrinio, pectus pietatis fructibus cumulatur. Vulgus hominũ infelices appellat orbatos oculis, & qui hoc sensu longe gratissimo carẽt, negant se viuere, sed mortuorũ similes, in tenebris agere. Tam suauis res videtur oculis intueri lucem, & hoc pulcherrimũ mundi theatrum contemplari. Quod si res tam optanda videtur aspicere solem oculis corporeis, quãto felicius est oculis animi contueri deum, solis & omnium rerum conditorem. Vidistis exilientes gaudio, quibus adempta cæcitate contigit intueri lucem, nec aliter sibi gratulari, quàm si redissent ab inferis. Quanto beatiores quibus adempta mentis caligine, datum est intus cernere deum, totius læticiæ fontẽ quem

Bti hoc mundo corde.

quem videre summa est felicitas. Quod sol est puris oculis, hoc deus est puris mẽtibus. Quod pituita, aut squãmæ sunt oculis, hoc peccata sunt animis. Beati igitur quibus cor est ab inquinamẽtis omnibus purum & illibatum, nam his dabitur, quod est omnibus huius mundi voluptatibus optabilius, videre deum. Vulgus mortalium beatos iudicat, qui reb9 ex animi sententia cõpositis, degunt in ocio, neq; quenq; habent, qui sibi facessat negociũ. At me iudice beati sunt, qui postq; ipsi cupiditatum omnium rebellionem in animo suo cõpresserunt, student & inter alios dissidentes sarcire concordiam, non solum non vlciscentes si quid læsi sunt à quoq;, verũetiam vltro inuitantes ad pacẽ, à quibus sunt offensi. Quod si cui durum videtur, audiat premium. Quoniam tales filii dei vocabuntur. Quid honorabilius hoc eolgio? Imò qd beatius? Nec enim est inanis titulus. Qui filius sit idem & hęres sit oportet. Sed nothum arguit morũ dissimilitudo, germanum & gnesion patris imitatio. Deus gratis condonans omnia peccata, mortales omnes, à quibus fuerat offensus inuitat ad pacem, & amicitiã. Vltro se prębet propiciũ omnib9, qui resipiscũt. Is nõ agnoscet pro filiis suis, nisi q tales se pbuerint aduersus fratres suos, qualẽ ipse se prębuit aduersus vniuersos. Patres carnales exhæredant filios, quibus nõ conuenit cũ reliquis fratrib9. Ita pater cœlestis abdicatur9 est, pacis osores,

Btĩ pacifici.

ac

Beati q persecutionem patiuntur.

ac dissidiorum autores. Quoniam autem plures vbiqꝫ sunt improbi, non potest cum omnibus cōstare pax, nisi tolerantia malorum. Piorum est omnibus modis adniti, ne quod habeant dissidium cum vllis hominibus, siue boni sint, siue mali, omnes comitate, lenitate, beneficentia sunt, quo ad fieri potest, ad amorem & cōcordiam inuitandi, sed quorundam tanta est peruersitas, vt benefactis etiam irritentur, & affligant bene merentes, sæuiant in beneficos, seruare cupientes ducunt pro hostibus. Hic si pax vtrinqꝫ constare non potest, tamē illi interim ob pacis studium erunt beati, quum illos impii persequentur, non ob aliud, nisi ob iusticiā Euangelicam, quę nullum lędit, prodest omnibus. Siquidem hoc ipsum cōcitat illorum odium, ob quod amare debuerat, nec ob aliud referunt iniurias, nisi cu ius nomine debebāt agere gratias. Dicet aliquis: Quis posset amare tales, qui pro beneficiis reponūt odiū, & maleficia? Ardua res est fateor, sed ingēs est præmium. Quod autem prēmiū? Non querna laureáue corolla, nō bos aut hircus, sed regnum cœlorum. Ad hanc palęstram vos paretis oportet discipuli mei, si vos capiāt Euāgelicæ felicitatis brauia. Non est quod vos terreat humana crudelitas. Nemo vos lędere poterit, si mordicus tenueritis iusticiam. Persecutio malorum nō auferet innocētiam vestram, sed augebit beatitudinem. In mediis etiā malorū procellis vos beati eritis, quū

Beati estis quum.

vos

vos diris execrationibus deuouerint quũ omni malorum genere impetierint, quũ probrorum & crimi num omne genus in vos torserint, idq; mentientes, nõ vestra culpa, sed odio mei, siquidem summa crimi num erit esse christianũ. Ne deplorate vos ipsos, vt af flictos, vt explosos, vt infames, quin potius ob hæc ipsa gaudete & exultate, qđ quo magis illi sæuierint persequẽdo, hoc magis vobis crescit, & accumulatur præmiũ vobis à patre repositum in cœlis. Illorũ malum deus vertet in bonũ vestrum. Dãna ab illis illata vertet in lucrum. Ignominiã ab illis illatam, vertet in æternã veramq; gloriã. Crimina probraq; ab illis fal so intẽtata, vertet in titulos & ælogia verę pietatis: exe cratione̾ illorũ vertet in laudes, & gratulationes, non solum apud deũ, cui placuisse abũde satis est, etiam si toti mũdo displiceatis, sed interim etiã apud homines. Nam ab impiis ob pietatẽ vituperari, laudari est, ab osoribus dei cruciari, coronari est. Non est affectanda apud homines gloria, sed hæc vltro verã virtutẽ solet comitari. Vultis exemplũ promptũ, & euidẽs? Quid hodie prophetarum memoria sanctius? aut venerabi lius? Et tamẽ hos quũ in viuis agerent, omni malorũ genere sunt persequuti, quibus & vos persequentur. Illos persequuti sunt odio patris, vos persequentur odio mei. Fortia sunt hæc, fateor, & humanam medio critatem superantia. Sed insigne sit oportet, quod vi

ſua moueat, ac pertrahat mundum vniuerſum, dilutis opinionibus ac vanis cupiditatibus obrutum. Quis enim iſtorum non horret corporis cruciatus? Quis non ad vitæ diſcrimẽ intẽtatum expaueſcit? Quis nõ exardeſcit in vindictę cupiditatem, atrocibus conuiciis incitatus? Quis impune toleret famę ſuę labem pręter meritum aſpergi? At ego pl9 etiam exigo à vobis, vt ob hęc mala vobis bñ videamini, vt cæcis per ſequutorib9 miſereamini magis quã indignemini. Vt male precãtibus bene precemini, vt perniciem vobis moliẽtibus, offeratis ſalutem ęternam. Hanc ſublimẽ & heroicã virtutem non pręſtabitis, niſi huc per gradus illos quos ante propoſui, perueneritis. Si tumorẽ animi prorſus abieceritis, ſi vindictę cupiditatem expuleritis, ſi voluptates omnes huius mundi ſpernẽtes vitam aſperam amplectamini. Si prorſus extincta rerũ humanarum cupiditate, nihil magnopere ſitietis præter iuſticiã & pietatem, ſi ſic fueritis affecti, vt omniũ malis ſuccurrere cupiatis, & omnium ſeruire commodis ſtudeatis. Si mentem habueritis ab omnib9 vitiis prauiſq; cupiditatib9 puram ac ſynceram, nec alio ſpectantem, nec alio ſemet oblectãtem quã deo. Si ipſi pacatis animis vbiq; ſtudueritis alendæ ſarciendęq; concordiæ, tum demum pręſtabitis hęc, quę cæteri mortales ne per ſomnium quidem adhuc poſſunt attingere. Sed tamen qui ſanabiles erunt, qui mentis nõ omnino

nino deploratæ, admirati tolerantiam simul & bonitatem vestram intelligent rem non esse fucatam, perspicient non esse virium humanarum, vestroque exemplo commoti vertentur ad meliorem frugem. Siquidem in hoc delegi vos paucos, vt non vnam aut alteram ciuitatem, sed vniuersum mundum adducam ad cognitionem Euangelicæ sapientiæ. Viuidum & efficax sit oportet, quod totius humani generis vitæ fluxarū rerum, cupiditatibus, ac stultis opinionibus dilutę, condiendę sufficiat. Vos enim in hoc delegi, non vt sitis terre mediocres aut tolerabiles, sed sitis sal terræ. Non opus est multo sale sed efficaci, vt quicquid contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidum. Ingens est terra, & tamen hoc quod habet salsitatis, habet à paululo salis admixto. Et videtis copiosum cibum alioqui fatui, dilutique saporis, paululo salis asperso condiri. Fieri non potest, quin in magna hominum turba reperiantur mediocres ac vix etiam tolerabiles. At in Apostolis, in episcopis, in doctoribus, viuidus ille, & perfectus Euangelicæ charitatis vigor perseueret oportet. Alioqui si vestri mores fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarum, studio voluptatum, libidine vindicandi, metu infamiæ, damnorum, aut mortis infatuati, quid tandem erit reliquum, quo multitudinis insulsa vita condiatur? Ita futurum est, vt nō solum aliis condiendis, non sitis vsui, verumetiam ipsi veritatis

Vos estis sal terre.

in extremum hominum contemptũ,nequaq̃ prestã/tes hoc quod docetis. Quid enim est fatuo sale contẽptius,cuius ne ad agrum quidem stercorandum vllus est vsus:quippe sterilitatẽ etiam adferens, si admisceatur? Ita vos admirabuntur homines,etiam hii, qui vobis per inuidiã & odium oblatrabant,si senserint doctrinam vestram sapere vigorem Euangelicum, si viderint vitam omnem doctrinę respõdere. Hac professione suscepta,aut magno vsui omnibus sitis oportet, aut magno malo omnib9, aut ingentem gloriã apud homines reportetis,aut insignem ignominiã.Est autẽ ignominia magis morte vitanda,quę redundat in infamiã Euangelii.Sitis igitur vndequaq; synceri, & insigniter integri,quo vestra puritate corrigatur multitudinis impuritas. Talis sit vita doctrinaq; vestra,vt omnibus intuentibus sit dux regulaq; recte viuendi.

Vos estis lux mundi.

Vnicus est sol huius mundi, sed is est tam efficaci copiosoq; lumine,vt omnibus terram incolentibus ẽ lõginquo luceat. Sic vos in ędito collocaui,vt quod loquimini, quod facitis, non possit non per vniuersum orbem dispergi.Si solem obducant nubes,vnde lumẽ mortalibus? Si vestra doctrina caligabit erroríb9,si vestra vita,mũdanis cupiditatibus erit offuscata:quę res dispellet caliginem multitudinis? Cauendum igitur ne quid tenebrarum in vobis sit, ne quid stulticię nõ poteritis latere etiam si maxime conemini. Cogitate vos

in

in totius orbis theatro fabulam agere, quo sollicitudo vos acuat ad circũspectionem ac diligẽtiam. In vobis exiguus lapsus, fœdi criminis instar erit. Vos estis veluti ciuitas in ædito monte sita, longe lateq; conspicua viatoribus. Celari nõ potest etiam si cupiat. Mons em̃ eminẽti vertice, qui sustinet illam, velit nolit, reddit eã omnibus conspicuã, vt iter monstret errantibus. Hęc est euangelicæ doctrinæ natura, non sinit sui professores latere, quãuis ipsi famam hominum fugitãtes quęrant latebras. Quur autem abscondatur quod in hoc ipsum paratum est, vt ex ęquo prosit omnibus? Ideo sal adhibetur vt condiat, ideo sol datus est orbi, vt luceat. Ideo ciuitas in montis cacumine construitur, vt omnibus sit cõspicua. Ideo noctu lucernam accendũt in ædibus, vt luceat omnib⁹ qui in domo versantur. Et ideo non condunt accensam sub modio, sed imponunt candelabro, quo lumẽ eius magis ad omnes perueniat, & vnici luminis vsus, ad quã plurimos manet. Sic non est vobis quidem affectandum, vt famam & opinionem paretis apud homines: tãtum curate, vt lucem, quam in vobis accendi, ne obscuretis, & in candelabro quo vos collocaui, perseueretis. Nõ potest nõ cõdire sal. Non potest nõ lucere lumẽ. Luceat igit̃ lux vestra, imò mea patrisq;. cũctis mortalibus, vt cõtemplantes vitam vestram, vndequaq; puram, & inculpatam, planeq; cœlestem, glorificẽt patrem vestrum cœ

lestem, cui debetur omnis honos & gloria. Nihil enim ex omnibus bonis operibus aut miraculis quamlibet admirandis vobis vindicabitis, sed in illum omnem gloriā, ac laudem transferetis, à quo proficiscitur, quicquid apud homines cum laude geritur. Vestrum erit interim nihil aliud habere curæ, quā vt delegato munere, gnauiter, bonaq́ꝫ fide fungamini. Pręmium ille suo tempore persoluet abunde magnum cuius glorię militatis. Hæc noua pręcepta quum auditis, que nec Moses tradidit, nec prophetę docuerunt: nolite suspicari me simile quiddam adferre, quale solent pharisęi, sic additamentis suis, & humanis constitutiūculis suis aggrauantes legem, vt quod illius est pręcipuum, negligant aboleantq́ꝫ. Nequaquam in hoc veni, quo vel legem reddam dilutiorem, vel abrogem nouis pręceptis. Quin poti⁹ ideo veni, vt legem absoluam ac perficiam. Nihil enim illa pręcipit, quod hactenus à me non obseruatum queri possint. Quod si luce prodita cædūt vmbræ, si iam factis ipsis pręsto, quod prophetę futurum prędixerant, nihil legi derogatur, sed potius accedit perfectio. Habuit illa tempus suū, habuit honorem suum. Illa typis quibusdā adūbrauit, quod nunc orbi repræsentatur. Illa ceremoniis & pręceptis carnalibus ceu cancellis quibusdam circūsepsit cupiditates hominum, ne impune prolaberētur in omne flagitium, quo capaciores essent euangelicę doctrinæ.

Nolite putare q̄niam.

Nunc

Nunc quod perfectum est expromitur, illa carnalis & crassa hactenus profuit, vt homines peccatum suum agnoscerent, nunc absq; ceremoniis datur gratia, quę peccata diluat. Non magis igitur illa læditur, q̃ȝ si pictæ imagini regis, rex ipse viuus succedens, omnium oculos in se deflectat, aut si puer imbecillus, progressu temporis grandescat in virum adultum, aut si frondibus & foliis succedat fructus maturus, aut si lunam & stellas, sol exoriẽs obscuret. Quod illa promisit, nũc exhibetur, quod prędixit geritur, quod adumbrauit, omnium oculis exponitur. Quod pręstare conata est, nec potuit, nunc ad plenum pręstatur. Lux hæc promittitur omnibus, sed ita tamen, vt iudęi nõ habeant quod de nobis querãtur. Illud habetote certum, adeo non facimus irritam legem qua pharisæi gloriantur, vt ex ea ne minimum quidem elemẽtorum Iota, imò ne apiculus quidem sit ex vniuersa lege periturus, vsq; adeo nihil in ea scriptum est, quod non sit perficiẽdũ. Stultum autem sit expectare futurum, quod iam præsens sit: insanum sit, sic vmbris delectari, vt res veras asperneris: Sic hęrere imperfectis, vt perfecta spernas: Sic amplecti carnalia, vt spiritualia fastidias: sic terrenis affixum esse, vti negligas cœlestia. Apud Iudæos con tẽptus habetur, parumq; legis obseruãs, qui quicquã eorũ pręterit, quæ pharisæi de suo addiderũt, præscribẽtes lotiones manuũ, vrceorũ, & vasorum, & tamen hæc

Amẽ dico vobis.

Qui ergo soluerit vnũ ex.

hæc additamēta vsq; adeo nihil cōferunt ad perfectio nem legis, vt frequēter abducant ab eius obseruatio ne. At in regno cœlorū quod est lōge perfectius, qui soluerit vel vnū ex his pręceptis minimis q̄ nūc addo præscriptis Mosaicæ legis, quū tamen doceat obseruādum, quod ipse per imbecillitatē nō præstat, mini mus, & cōtemptissimus habebitur adeo, vt ni profe cerit ad meliora, prorsus excludēdus sit ab Euāgelico cōtubernio. Cæterum quisquis docuerit hæc minuta nō esse negligēda, quæ procul arceant ab his, quæ vetat lex, & quod docet, pręstiterit, is demū admirād9 & magnus habebitur in regno cœlorū. Et tamen in Synagoga summates habentur qui negligunt huiusmodi, satis esse putātes quod nihil horum cōmittant, quæ lex puniri iussit, quū interim in prauis animi cu piditatibus sibi ignoscāt. Hæc videlicet est eorum iusticia, quos pœnæ metus deterret a maleficiis. Cæterū quos charitas, quos spirit9 ille cœlestis impellit ad pfe ctiora, pcul & vltro se submouēt ab omi cōfinio ma leficiorū. Et adeo nō lędūt queuq̄, vt nec male velint cuiq̄. Vt aūt intelligatis quātū intersit inter Iudęū & christianū, inter Mosi discipulū & meū. Illud affirmo vobis, si præstiteritis quicqd præscribit lex, quicqd præstāt pharisæi, qui nūc habētur, ac sibi vidētur ab solute cuiusdā iusticiæ, & si nihil adieceritis pfectius, adeo nō eritis magni in hac professione, vt ne aditus quidē

Dico āt vobis.

quidē dādus sit in regno cœlorū. Tātū enim præcellit hęc ꝑfessio, vt qui illic primas tenēt, hic ne postremꝰ quidē sit locus. Agedū, quo magis ꝑspicuū fiat, quātum adiiciamꝰ iusticiæ pharisaicæ, quanq; nr̄a nō pugnent cum legis præceptis, sed ea potiꝰ adiuuēt: rem exēplis aliquot cōferamꝰ. Audistis qđ maioribꝰ olim sit præceptū. Non occides. Quod si quis occiderit, conuictus & iudicatus dabit pœnas. Hactenus igitur legi videtur fecisse satis, qui neminem occiderit, & legis minas effugit. Is videlicet & vir iustus & innocēs, recipietur in Synagogā. Nūc audite quantū ego adiiciam. Siquidem illud affirmo vobis, quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio. Siquidē professionis sublimitas exaggerat culpam, vt quod in veteri lege sit homicidiū, hoc in noua sit impotens animi motꝰ ad vindictā. Primꝰ enim ad homicidiū gradus est ira sci. Nondū ille quidem perfecit homicidiū, sed tamen iam tendere cœpit ad homicidiū. Itaq; iam nunc graue facinus admisit apud deum iudicem qui fratri male voluit. Quod ni mox represserit animū efferuescētem, sed ira impotens erumpat in vocem, quæ nullo quidē certo conuicio percutiat fratrem, sed tamē eum manifesto cōtemptus indicio cōtristet, veluti si dicat Racha, aut simile quiddā, quod animi maleuolētiā declaret, iam vt ꝓpior homicidio, nō solū obnoxiꝰ erit iudicio, daturus pœnā leuiorem, sed tamē homicidio parē,

parem, verūetiam concilio, graui9 etiam cōdemnandus. Porrò si rebellis animi motus huc proruperit, vt fratrem suū manifesto iam certoq; cōuicio percutiat, vt fatuū, aut aliud simile appellet, iam grauissimæ pœnæ erit obnoxi9, nimirū gehennæ. Tot modis plectitur, qui nondū progressus est vsq; ad homicidiū. Sed homicidio cōfinis est, quisquis excidit à charitate fraterna. Nōdū exemit gladiū, sed pcussit animo, quisqs irat9 male voluit. Percussit lingua, quisquis iratus cōuiciū dixit, fortassis & occisur9, ni pœnā metueret. Itaq; lex Euāgelica, quæ punit etiam iracūdū, non aduersatur pręcepto legis, Nō occides, sed longi9 arcet ac submouet ab eo, quod lex puniri iubet. Tutior est ab homicidio, quisquis iram & odiū penitus exemit ex animo, qua quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis igitur sibi pararit charitatē Euāgelicam, quæ bene vult etiā male volentib9, quæ beneficio pensat iniuriam, nihil eget Mosaicæ legis minis, ad vitandū homicidiū. Odii extrema linea ē occidere. Charitatis extrema linea est, etiam occidenti bene velle. Atq; apud Iudęos quidē pi9 ac religiosus videtur, qui male cogitās fratri suo, mun9 aliquod defert ad altare, quū deo nullū sacrificiū sit acceptū absq; fraterna cōcordia.

Si ergo offers mun9. Vobis igitur prima debet esse cura pacis, & mutuæ concordiæ. Quod autē si, vt est humanæ naturæ imbecillitas, inciderit offensæ nonnihil inter fratres: rebus

bus omnibꝰ omissis date operam vt sartiatur concor dia: adeo vt si forte iam adornes offerre deo munꝰ ali quod altari vicinꝰ, atq; inibi venerit in mentem tibi parū conuenire cum fratre tuo, siue quod is te offen derit, siue quod offensa quæpiā mutua cōtristarit ami cicíam, ne conteris, ne differas, sed apud ipsam aram re licto munere, domū properes, efficiasq;, vt ante om- nia sarciatur tibi cum fratre amicitiæ dulcedo. Eo cō- fecto redibis ad altare, peracturus sacrificium tuum. Adeo deo nullum donarium gratius, quàm cōsensus hominū. Ex dilato munere nihil ille damni patitur, ex rescissa concordia multū imminet vtrisq; periculi. Si- quidem offensæ dilatæ gignūt odiū, ex odio gigni- tur homicidiū. Et deo nullū est gratū obsequiū quod nō cōmendet charitas. Quod si mihi dixeris, Ego ni hil cōmerui, prior ille redeat in gratiā vnde nata est of fensa, non audiam. Qui iubetur & inimicū diligere, nō grauabitur sarcire gratiam, licet aliena culpa rescis sam. Vltro cōdona noxā, & fratrem hoc mœrore sub leua, qui te sibi putabat iratū. Non experieris deum tibi propitium, nisi proximus senserit te sibi propi- cium. Nulla erit apud deum muneris tui gratia, nisi ti bi constiterit cum fratre gratia. Si apud deū tanti est hominū cōcordia, vt patiatur interim se fraudari mu nere parato, modo illa sarciatur, quanto iustius est ho minem cuius interest, rei suæ dispendio pacem & ami citiā

Esto cō sentiens cū ad uersario

ciciam redimere? Sed forsitan adeo quis reperietur ini quus, vt iniurius vltro in ius trahat, negocium etiam exhibiturus, ni te depredetur. Iamque accensis vtrinque animis, paratur dica, curritur ad iudices. Quæris quid hic faciam? Num legibus meum ius persequar? Si me audies, in via properabis cum aduersario tuo rem cõponere, vel æquis, vel iniquis conditionibus. Quantũ uis iniquis conditionibus cum illo transegeris, tamen lucrum feceris. Peribit nummorum aliquid, sed seruata est res longe preciosissima, pax & amicicia, seruata est animi tranquillitas, quam puta vel vniuersis facultatibus emptam, paruo emptam esse. Seruiẽdum erat ad uocatis, & notariis, sursum ac deorsum assidue cursitãdum. Ambiendus fauor iudicum. Multa & facienda & ferenda, indigna te. Et quum tempore nihil sit precio sius, cogita quantum hinc fuerit insumendũ. Vide igitur, q̃ non aspernandum lucrũ feceris, celeritate finiẽ dæ litis, quũ iudiciorũ interim incertus sit exit?: neque enim semper superior discedit, cui causa melior, siquidem periculum est, ne aduersarius victor tradat te iudici, iudex tradat ministro publico, per quem ducaris in carcerem. Quo si semel coniectus fueris, iam adempta facultate componendę rei cum aduersario, non solum lucrifeceris corporis afflictionem & ignominiã, verũetiam nõ liberaberis, donec ad assem vniuersam resoluas summam, quam petebat aduersarius, quũ mi

noris

noris licuerit cum illo transigere, mitiore adhuc & minus irritato. Sic in sarcieda amicicia, noli esse morosus expensor, vter magis sit in culpa. Tantum hoc age, vel de iure tuo concedens aliquid, vt incolumis sit cōcordia. Hacten⁹ exemplū contulim⁹ de charitate & odio, in quorum altero radix est totius pietatis Euāgelicæ, in altero pestis. Sed homicidio proximum est adulterium, nec vlla charitas arctior, q̄ matrimonii. Cōferamus igitur & hac de re, quid lex p̄ceperit vestris maioribus, & quantum nos adiiciamus. Illis nihil aliud dictum est in tabulis, q̄ nō committes adulterium: si commiseris, lapidaberis à populo. Itaq; sanctus & integer habitus est apud Iudæos hactenus quisquis sua contentus abstinuit abvxore aliena. Sed ad legem Euāgelicam quam ego defero, non solum committit adulterium qui coniugem alterius stupro violat, & corpus corpore complectitur, verum etiam qui oculis parum pudicis intuetur alienam. Vt enim homicidio vicinus est, qui fratri suo irascitur, ita tendit ad adulterium cuius iam animus est impudic⁹, cui⁹ oculi sunt adulteri. Non habet maritus quur te ad pœnā adulterii vocet, sed habet deus quur te damnet adulterii, apud quē cōmisit flagitiū qui voluit. Quod igitur in homicidiis est irasci, hoc in adulteriis est concupiscere: quod illic est dicere racha, aut fatue, hoc hic est oculos pascere, & horum illecebris alienæ coniugis animum ad impudicitiā

pudicitiam sollicitare. Verum hic dicet homo carnalis: Quis queat nō animo saltem concupiscere quod amat? Imò quis amabit vxorem alteri9/ cum suo periculo, cūq; mariti iniuria, qui sic est affectus animo, vt non solū velit innoxium quēquā lædere, sed etiam iis à quib9 læsus est beneficiū pro maleficio reponere? Non possum inquiet oculos claudere: Imò præstat oculū eruere, quàm per eum capere iacturam pietatis. Imò nullū corporis membrū tam debet esse charum homini/ quin præstet amputare, quàm hui9 occasione quicquā veris animi bonis decedere. Sic properandū est ad fastigiū Euangelicę perfectionis, vt quicquid obstiterit huc eūti, protin9 sit abiiciendū, quātūuis dulce, quantūuis amabile. Lucrum est, cuiusuis rei iactura parare margaritum Euangelicæ charitatis. Proinde si forte huc properanti obstaculo fuerit oculus tuus dexter, noli cogitare quàm res chara sit oculus: sed cogita à quanto preciosiore re remoretur. Nihilq; cunctatus effodias oculum remorantem, & eo abiecto propera quo cœperas. Vbi totus homo de capite periclitatur, præstabilius est vnius membri iactura, totius reliqui corporis salutem redimere, post hac luscus viues. Quid tum postea? An non optabilius est luscū agere vitam, quàm occidi, neutro oculorum effosso? Nullum membrum charius, aut ad plures vsus magis necessariū quam dextra manus. Quis hoc

Qđ si oculus tu9 dexter.

hoc negat? Et tamen ea si remoretur ad hæc ardua properantem, vnde pendet totius hominis salus, amputa remoratricem dextrā, & abiecto onere expeditus eo, quo cœperas, propera. In hoc discrimine conducibilius est, vni9 membri quãuis chari fecisse iacturam, quàm toto corpore ruere in exitium gehennæ. Hoc si probant homines, quū non aliud est periculū quàm corporis, quanto magis id faciendum, quoties animi simul & corporis discrimen vertitur. Verū hæc docendi gratia per similitudinem à nobis dicta sunt. Neq; enim hoc sentio, consultū esse vt quisquam sibi ipsi membrū aliquod corporis amputet. Neq; enim membrorū natura mala est, sed abusus est dānandus, de membris animi loquor. Habet enim & anim9 sua membra noxia, quæ piū sit quàm ocyssime recidere. Amputato corporis mēbro, præter cruciatū hoc additur damni, quod portionē semel amputatā, nunquā liceat restituere. At amputatis animi membris noxiis, quod gen9 odiū, ira, libido, ambitio, auaricia nō solū nō est inutilis anim9: sed absolutior etiam est amputatis ꝓdigiosis & noxiis ptib9. Ac breuē amputādi molestiā, ꝑpetua cōsequit̃ voluptas. Dicā explanati9, quo magis qd velim intelligatis. Affectus mēbra sunt animi. Sūt autē affectus quidā qui suapte natura ducant ad impietatem, quod genus sunt, ira, odium, liuor, appetentia rei alienæ. Horū si quid pullulare cœperit in

aīo,

animo, statim est excidendũ. Sic enim & facilius, & tutius amputatur nascens malũ. Sũt rursus affectus p se neutiquã mali, sed tamen qui per occasionẽ aliquoties abducant ab eo quod est optimũ. Quod genus sunt, amor patriæ, affectus in vxorem, liberos, ac parẽtes, aut alioqui cognatos, & amicos, cura famæ. Hæc mẽbra si subseruiũt ad perfectionem Euangelicã properanti, nõ est quur amputes. Neq; enim mea doctrina pugnat cum naturalib9 affectib9, sed naturam suæ puritati restituit. Porrò si casus inciderit vt parẽtis aut vxoris aut liberorũ affectus per occasionem te remoretur a studio pietatis Euãgelicæ, & ad mũdum retrahat, amputa noxiam pietatẽ. Quemadmodũ qui noxias amputat cogitatiões, nõ cor ipsum excecat vnde nascũtur, sed prauas cupiditates. Ita qui alienã vxorẽ iam aspicere cœpit, casto affectu, quo sororem aspicit aut filiam, bene effodit noxiũ oculũ, vt succederet co lũbinus: & qui manu qua solet alios spoliare, iam laborat vt subueniat aliorũ inopiæ, bene amputauit rapacem dexteram, vt succederet benefica. Age iam, & aliud exemplũ conferam9. Lex Mosaica permittit vt maritus offensus aliquo coniugis vitio dimittat eam suo arbitratu: modo dimissæ det libellũ repudii, per quẽ illa possit alteri nubere: & priori marito ius adimatur repetendi, quã abiecit. Proinde legi satisfecit vir qui quauis de causa repudiarit vxorem modo libellũ dede-

Dictũ est autẽ quicũq; dimiserit vxorẽ.

dederit abeunti, nec ille velut adulter iudicabitur, nec hanc quisquã vt adulteram notabit. Et tamẽ lex optabat inter coniugatos amicitiã & cõcordiam esse perpetuam, tamẽ conscia duriciei cordis Iudaici, ne quid cõmitteretur sceleratius, indulsit diuortium, ne veneficium aut homicidiũ perpetraretur. At ego volo sanctius, & inuiolatius esse matrimoniũ, inter nouæ legis professores. Quisquis enim dimiserit vxorẽ suã, nisi forte adulteram, (~~iam enim vxor esse desiit, quæ se miscuit alteri viro~~) cogit illam ad adulteriũ. Siquidem si nupserit alteri, non marito nubet sed adultero. Atq; is, qui sic repudiatam duxerit, nõ vxorem ducit sed adulterã. Nihil horũ punit lex Mosaica, sed tamen damnat lex Euãgelica. Neq; tamẽ hæc pugnat cum illa. Nam Mosaica laxauit ius repudii maritis, ne sceleratius sæuirent in vxores inuisas: & tamẽ licentiã astrinxit libello repudii, ne vel clanculũ id possent, vel temere dimissas reposcerent quoties libuisset. Nec est ausa plus exigere in cõiugio, quia nõ est ausa pcipere quæ nos supra docuimus. Vir enim Euangelica præditus mansuetudine, aut facile corriget mores vxoris, aut feret. Quãdo autẽ quæret dissidiũ cum vxore, qui pacẽ habet etiã cum inimicis? Quãdo molietur exitiũ vxori, qui nec læsus irascitur: nec offensus male vult cuiquam? Aut quomodo nõ feret vxorem domestica cõsuetudine iunctam, qui tolerat etiam inimicũ occiden

tem? Quod si lex hoc agit vt sanctũ sit cõiugiũ, neq; passim cõcessa diuortia: nos legẽ nõ soluim9 sed adiu uamus qui nullũ volum9 esse diuortiũ, excepta causa stupri, quæ pugnat cũ ipsa natura matrimonii. Siqui dem ad hoc inductũ est cõiugiũ, vt mulier semel ad dicta marito, vni gignat, & vni obsequat. Porrò iam diuertit à marito, quæ sui copiã alteri fecerit. Proinde inter christianos cõiuges, nec graues incidũt offensę, nec ob leues, vel ille, vel illa q̃ret diuortiũ: sed ꝓtin9 al ter alteri recõciliabitur, si qd per humanã imbecillita tem inciderit. Audite iam & aliud. Nihil aliud audistis
Audi stis qa dictũ ẽ antiqs. traditũ maiorib9 nisi ne peierarent: sed si qd iurassent, id præstarẽt veluti iã obnoxii deo, nõ tantũ homini. Apud Iudæos igit̃ nõ punit̃ nisi piuriũ. Cęterũ qui nõ interposito iureiurãdo fallit ꝓximũ, impunit9 est. At hunc cõdemnat lex Euangelica, ~~quæ quo tutiores sitis à periurio, prorsus [illegible] vt iam fas non sit iurare,~~ neq; per deũ, neq; per ea quæ vulgo vidẽtur minus habere religionis, hoc est, neq; per coelũ, quoniã thronus est dei: neq; per terrã, quia scabellũ est pedũ eius: neq; per Hierosolymã, quia ci uitas est magni regis, nimirũ illius, qui cõdidit & gu bernat vniuersa. Neq; quemadmodũ barbari iurant, per caput alteri9, in quod tibi nullũ est ius, sed deo sa crum est, qui vt voluit condidit omnia, quum tu nec vnum pilum queas ex nigro facere album, aut ex al

bo

bo nigrum. Quoniam autem omnia deo conditori sacra sunt, religiosum esse debet per vllā omnino rem deierare. Quid autem opus est vllo iureiurando inter eos, inter quos nec pro sua simplicitate diffidat quisquam, nec pro sua synceritate fallere cupiat quisquā, etiam si liceat impune, præsertim in rebus his, quarū contemptum profitentur. Inter vos igitur sanctior, ac firmior esse debet sermo simplex, quàm apud Iudæos quālibet religiosum iusiurandū. Apud vos enim apud quos nihil esse debet in labiis quod dissideat ab animo, non est alius vsus sermonis, nisi vt mutuo sibi significent homines, quod animo sentiunt. [redacted] Quod si quid his accesserit, ex vitio accesserit oportet. Aut enim parum bene sentit, qui iurat, de eo cui iurat: aut diffidit is qui iusiurandū exigit. At neutrū cōpetit in vos, quos omnib⁹ modis pfectos esse volo. [redacted], nō abrogo legē, q̄ vetat periuriū, sed legē reddo plenio-

 rē,

rem, ac longius ab eo submoueo quod punit lex. Audistis quid in iniuria vindicanda patribus nostris lex indulserit, Oculũ inquit, pro oculo, dentem, pro dente. Nouerat enim animos illorũ vltionis auidos. Hactenus igitur cohercuit libidinem vlciscendi, vt ex iudicum arbitrio delictũ talione pẽsaretur, & oculũ amitteret qui alteri oculum extudisset, & dente plecteretur qui alteri dentem excussisset. Propterea quod si iniuriæ vindicta permissa fuisset animo læsi, frequẽter accideret, vt pro dente excusso vitam adimeret. Lex igitur hoc agebat, ne longius æquo procederet vltio: At ego legem hanc non abrogo, sed cõfirmo. Siquidem illud doceo vos, pro qualibet atrocibus iniuriis, nullam omnino vindictam esse reposcẽdã, nec vllum maledictum maledicto, nec damnũ damno, nec iniuriam iniuria retaliandã, adeo vt si quis alapã impegerit in maxillam, quæ quidẽ cõtumelia vulgo videtur intolerabilis, tantũ absit vt illi regeres alapam, vt alteram potius maxillam illi cędendam præbeas, malisq; duplicatam iniuriam perpeti quàm referre talionem. Quod si quis trahat in ius vt tunicã adimat, adeo nõ est cum illo contendendũ vt citius illi palliũ etiam vltro cædas. Rursum si quis importun9 conetur adigere te vt ipsum ad mille passus comiteris aliquo, bis mille potius cum illo ambules, quàm cũ eo cõtentionem suscipias. Hac comitate tolerãtiaq; fiet, vt nec is qui

Audistis ocu lũ pro oculo.

qui propensus est ad lædendū exasperetur ad atrocio ra: & tu citius à molestia libereris, quàm si malū malo propagaretur, & ex paruo reddatur magnū, ex vno multiplex: nec animi trāquillitatē amittas, & fortassis ex inimico tibi reddes amicum tua bonitate. Rem ar duam agitis, ad hęc omni studio contendendū est, cō temptis interim hisce rebus leuioribꝰ, quibꝰ alii mor tales, vel parandis augendisq;, vel vitandis totā vitam impendūt: quibꝰ illud interim vsu venit, vt dum hæc venātur, excidant à bonis cœlestibus: nec hic suauiter viuant, ipsi sibi molestiis molestias accumulantes, va riisq; simultatibus & odiis semet inuoluentes. Harū re rum contēptu, quæ nec si adsunt pios, nec si desunt impios faciunt: vos & odiū redimetis, & amorem ac beneuolentiā vobis comparabitis, & doctrinæ vestrę conciliabitis fidem & autoritatē. Itaq; si quis tibi mo lestus est ob vestem, vas, aut aliud simile, cuiꝰ auidus est, vt abs te auferat, potius quàm aliis viis tibi struat insidias, da flagitanti simul & illā, deuincturus benefi cio, & te molestia liberaturus. Rursum si quis pecuniā abs te petit mutuo, ne grauere dare, etiamsi nihil inde sit ad te reditturū, non solū ex vsura, sed ne forte qui dem. Nam qui mutuū dat ad vsuram, non tam impar tit sua quàm venatur aliena, Et quur graueris ei dare mutuo, fortassis ad te nunquā redituru, cui debebas & dono dare quod tibi superat & illi deerat? Ita ve

ſtro exemplo diſcent homines, hæc eſſe prorſus negligenda, quorum gratia ipſi nihil non & patiuntur & faciunt. Accipite iam & illud [redacted] quod habetur in lege [redacted]. Diliges inquit, proximum tuum & odio habebis inimicū tuum. Beneuolentiā exigit, ſed erga beneuolos ac benemeritos, ceterū permittit male velle iis qui nos lædunt. Vide ꝙ͞ huic precepto nō derogem, ſed quātum adiiciam. Siquidem ego nō contētus mutua in amicos beneuolentia, illud à vobis meæ doctrinæ ſectatoribus exigo, vt diligatis & inimicos & iis qui vos odio proſequuntur, non ſolum non reſpōdeatis odio mutuo, verū etiam beneficiis ad amorem prouocetis. Quod ſi illi fuerint vſq; adeo efferati, vt beneficio veſtro nolint vti, ſed ſine fine vos impetant, & maledictis ac malefactis inceſſant, vos tamē in mediis afflictionibus adeo non mutetis animum veſtrum, vt pro illis rogetis deū, quo reſipiſcāt. Hac bonitate vtentes erga vniuerſos & bonos & malos, declarabitis vos eſſe non degeneres filios patris cœleſtis, qui cupiens omnes ſeruari tā multa bona largitur dignis & indignis. Patitur enim ſolem ſuum eſſe cōmunem & iis à quibus colitur, & iis à quibus contemnitur: ac pluuiā ſuā patitur vtilem eſſe iuſtis pariter & iniuſtis, malos ſuo beneficio prouocās vt reſipiſcāt, bonos excitās vt gratias agāt. Similitudo morū vos aſſeret patri cœleſti, & ab eo profectā credent veſtram doctrinā,

Diliges pximū tuum & odio habebis inimicū

ctrinā, si conspexerint in vobis illius insignem bonitatem. Alioqui si diligitis diligentes, si bene facitis bene de vobis meritis, si bene vultis beneuolis, crimen effugistis, non promeruistis laudem. Non referre beneficium, ingratitudo est, etiā apud ethnicos & publicanos execrabilis, quorum institutum infame est etiā apud vulgus. Naturę est, non Euāgelicæ virtutis redamare amantem. Et si vos comes & affabiles pręberitis erga cognatos, aut populares vestros tātum, cæteros velut alienos nec salutatione dignemini, quid eximium facitis? Nonne idem faciunt Ethnici? Vulgaria sunt ista, quę non arguunt bonos, sed homines tātū. Neq; possunt videri pręclara quæ cadūt & in malos. Vos igitur volo perfectos esse, & admirabili quadam luce bonitatis referre patrem cœlestem, qui quum sit omnipotēs, tamen sua bonitate prodest omnibus nihil à quoquā expectās mercedis. Mitis & clemens est erga vniuersos, quū possit ilico si velit vlcisci.

CAP. VI.

OSTENDI quib⁹ reb⁹ oporteat vos excellere iustitiā scribarū, & pharisæorū, si velitis esse mei discipuli. Nūc ostēdā in his q̄ vobis vidētur cum illis esse cōmunia, qd sit vitādū. Est enī tacita quędā pestis, q̄ vere vitiat omnia pharisęorum benefacta, sic vt apud deū nullā omnino laudē promereātur. Res est sancta beneficētia, subleuare egētes. Res pia est, puris precib⁹



cum deo colloqui. Res est religiosa ieiuniũ, atq; harũ rerum ostentatione pharisæi sibi vindicãt opinionem eximiæ cuiusdam sanctimoniæ apud homines: quum deo displiceant, qui non faciem intuetur, sed cor. Itaq; merito displicent, quia cor habent inani gloria vitiatum. Auram populi venantur potius q̃ bonam conscientiam apud deũ: & dũ hic captant inane præmiũ, frustrantur eo qđ solũ erat expetendũ. Hęc pestis per cuniculos quosdam irrepens, clanculũ insidiatur etiã iis, qui in virtutis stadio aliquo vsq; progressi videntur. Vos igitur hac in parte cautos ac circũspectos esse volo, ne quum erit aliquid piorũ operũ præstandũ, ideo malitis apud homines facere q̃ soli, vt ab illis cõspecti laudem & gloriam humanam venemini. Sẽper benefaciendũ siue videant homines, siue non videant. Semper enim vos intuetur deus, à quo præmium expectatis. Alioqui si ex benefactis laudẽ captatis apud homines, præmiũ amittitis apud patrẽ cœlestem. Nõ est semper celandũ bonũ opus, sed non est agenda fabula conspectibus humanis, velut histriones ẽ proscenio saltantes fabulam: quibus nihil aliud studio est, q̃ vt oculis & auribus populi placeant. Atqui non potest semper optima sequi, qui semet ad vulgi iudicia accommodat. Sic enim est obseruiendũ hominibus, vt illos ad vestros mores pelliceatis, non vt vos ad illorũ mores degeneretis. Veram virtutem vltro sequitur sua

laus,

laus, etiam quũ fugitur. At ea demũ vera laus est, quũ cõtingit nõ ambita, nec affectata. Atq; hoc ipsum qđ gloriæ nascitur ex benefactis totũ est deo transcribẽdum. Illi displicebitis simul atq; vobis placebitis, vobis vindicantes quod totũ illius est munificentiæ. Ergo quisquis es Euangelicæ legis sectator, cũ tua largitate subleuare paras pauperũ inopiã, noli facere quod solent Hypocritæ, nimirũ homines histriones & fucati personatiq;, qui quũ videantur liberales, ac misericordes, animo & auari sunt & crudeles. Nihil enĩ illos cõmouet calamitas proximorũ, sed auidi gloriæ, paululo pecunię mercantur auram popularem, nihil omnino daturi, si soli conspiciãt fratrem vel fame moriẽtem. Itaq; quoties aliquid largiũtur pauperibus, non quęrũt solitudinem, sed prodeunt in conciliabulis hominũ & vicis, nec aliter quã fabulam acturi: tubæ cantu multitudinem ad spectaculum euocant, simul & miseris exprobrantes suam calamitatem, & sibi stultissimam quandam gloriam venantes ab hominib9. Vultis audire quid proficiant? Vtcunq; applauserit populus apud deum, perdiderunt mercedem benefacti sui, qui pium op9 ex animi syncero affectu metitur. Qui ad gloriam dedit, beneficium vẽdidit, non largitus est. Te vero tãtum oportet abesse ab istorum affectu, vt quum confers beneficium, ne sinistra quidem sciat quid faciat dextera tua, & adeo non desideres homi-

Cũ ergo facis eleemosynam.

nem

nem spectatorem, vt si fieri possit nec ipse scias te facere, quod recte facis, ac velut oblitus facti tui: nec imputes homini qđ benefeceris, nec tibi hoc nomine placeas quod dederis, sed tãtum in sinu gaudeas ꝙ refocillatus sit egen⁹. Quid tum si nesciãt homines, Imò si ne ipse quidem qui iuuatur, norit autorẽ beneficii! Tibi satis est ꝙ testem habes patrem, cuius oculos nihil omnino fugit. Is tibi reponet premium, etiãsi ab homine nihil redeat gratiæ. Similiter autem quũ precamini deum, ne sequamini morem hypocritarũ, qui stare gaudent in conciliabulis hominum, & in angulis platearũ quoties precãtur, non ob aliud, nisi vt cõspiciãtur ab hominibus, à quibus sanctimoniæ laudẽ aucupantur. Placeant sibi, placeant aliis huiusmodi gloriosis precationibus. Illud affirmo vobis, iam habent premium suum, nimirum hoc quod captabãt. Quid autem inanius hac mercede! Et ob fucatã falsamq; gloriolam sese frustrãtur ipsi, tã felici præmio, quod deus erat repensurus, si precum suarum puram ac syncerã victimam ipsius oculis obtulissent! Tu contra facito. Quum precaris, fugito turbam, ingredere secretum cubiculi tui, & occlusis forib⁹ in abdito, exprome coram patre synceras preces tuas. Satis est, ꝙ illũ habes spectatorẽ tuæ pietatis, cui nihil occultum. Is tibi mercedem reddet æternam. Atq; hæc docendi gratia crassioribus exemplis proposui, non enim nephas est aliquãdo

quando largiri beneficium testibus hominibus, aut orare in frequentia multorum. sed tamen nescit tua sinistra/quid faciat dextera, quum op⁹ charitatis nullo humanæ vanitatis affectu vitiatur. Tunc abditus es in cubiculo tuo, quū ea synceritate mentis deum alloqueris, quasi nullus hominū te videret. Qui in cœtu multorum orat, nihilo segnius, imò fortasse vehemētius oratur⁹ si solus esset, Is orat in abdito cubiculo. Neq; enim dextera & sinistra aut cubiculi secretum in reb⁹ sunt, sed in affectibus. Quin & illud vobis erit fugiendum inter precādum. Affectus est qui mouet deū, nō strepitus labiorū, neq; refert q̄ prolixa, q̄ vocalis sit precatio, sed q̄ ardens ac syncerus affectus. Procul igitur absit à vobis exemplum ethnicorū, qui prolixas, ac verbosas precationes, veluti verbis conceptis recensent, perinde quasi nihil sint impetraturi, nisi verbosissima loquacitate deum fatigarint, identidem inculcantes eadem, ac verbosa recensione/præscribētes quid velint, & quādo, quomodoq; sibi præstari velint qđ petunt, quum sæpe precētur noxia. Optima petēda sunt à deo, non omnia, & crebro potius orādum, quā diu, & intēte magis quā prolixe, postremo animo magis quā voce, neq; verbis p̄scriptis, sed quātū suggerit animi calor & rapt⁹ in deū. Amat qdē rogari pater, nō vt doceat̄ oratione prolixa, qd postulet vestra necessitas: sed vt exciteť vestra pietate ad p̄standū, qđ nō merentur

tur accipere segnes & oscitãtes: alioqui nouit ille quid vestra postulet necessitas etiam anteq̃ rogetur. Ergo quemadmodum vita, sic & precatio discernat vos ab ethnicis. Quod si vobis formam præscribi vultis Euã gelicæ precationis, accipite dignã, qua veri synceriq; filii, fraterna charitate concordes, patrem cœlestẽ omnibus ex æquo communẽ compelletis, à quo tametsi vobis suppetunt omnia, tamen ea potissimũ petenda sunt, quæ conferũt ad vitam cœlestem. Nã cætera vel sua spõte, velut auctariũ votis suorũ adiiciet, vt est benignissimus. Cuius gloria non oportet quicquã vobis esse antiquius, cui debetur omnis gloria, in cœlis & in terris. Ad cuius regnum pertinere est diaboli vicisse tyrãnidem, cuius voluntati subiici regnare est. A cuius gratuita largitate venit quicquid animos hominum alit vegetatq; ad Euangelicam perfectionem. Sed non audiet vos nisi concordes, neq; facile cõstabit cõcordia, nisi mutuas offensas, sine quibus nõ agitur hominũ vita quamuis ad perfecta tendentiũ, inuicem cõdonetis. Atq; hac cõcordia sic eritis paterno præsidio tuti aduersus improbum illum tentatorem, si vigilantes eritis, & assidue optimi patris opem aduersus pessimũ imploretis. Itaq; frustra compellarit patrem, hac formula quã traditurus sum, is qui non est huius contubernii, qui deũ nec veretur, nec amat, qui sibi viuit, qui suæ gloriæ seruit magis q̃ dei, qui mũdanis opibus

bus & regno inhiat, qui mauult assequi grata animo suo quã quę placita sunt deo, qui terrena sectatur potius quã ęterna, qui corporalia commoda posthabet animi dotibus, qui dissidiũ habet cum fratre, qui per luxum & voluptates socorditer agit aduersus insidias satanæ. Nã formula sic habet. Pater noster, qui nos semel infeliciter genitos ex Adam, rursum cœlo genuisti, vbi nobis à terrenis rebus subuehendis regnũ & hæreditatem ęternã parasti, ipse in cœlis agere dictus, quod quũ impleas omnia, nihil habes fecis aut infirmitatis terrenæ, fac vt per nos, tuo beneficio puros & integros, inter homines fiat inclytũ & gloriosum nomẽ tuum. Non est enim nostra gloria, quum tui muneris sit, quicquid à nobis recte geritur. Aboleatur tyrannis satanę, vt indies magis ac magis inualescat regnum tuum, quod non opibus aut satellitio sed modestia, pudicitia, lenitate, tolerantia, fide, charitate constat, vt profligatis vitiis vna cum malis cupiditatib9, vim suam exerant inter homines, tuæ virtutes cœlestes: fiatq; tãdem, vt queãdmodũ in cœlis pacata sunt omnia, nec est vlla creatura quæ non obediat tuis iussis, ita in terris, nemo sit qui non obtemperet tuæ sanctissimæ voluntati, cunctis (quantũ patitur imbecillitas humanę naturę) iam hoc meditantibus quod perfecte cõtinget in futura vita. Ale pater, quod genuisti: prospice nobis ne nos deficiat panis ille tuus doctri-

næ cœlestis, vt eo quotidie sumpto/confirmemur, & adolescamus, vegetiq; reddamur ad tua iussa perficie da. Ac ne quando nostris delictis offensus, alienes ani mum tuũ à nobis, sed pro tua clementia ignosce no bis delicta, quę per infirmitatem in te cõmittimus, vt tecum pacem habeamus, quemadmodũ & nos inter nos inuicẽ condonantes, si quid alius in aliũ deliquit, mutuam alimus concordiam. Te propitio nihil time/mus, & concordia fulti firmiores sumus aduersus ho stem cõmunem. Cui quæsumus, ne tuos tradas tentã dos, si fieri potest. Nouimus enim illius maliciã, noui mus improbitatem & versutiã. Quod si patieris nos incidere in tentationem, vt explores animi nostri con stantiam, tu pater optime libera nos ab illo pessimo.
Amen. Hæc vota tua bonitas rata velit esse. Videte igitur hæc breuis precatio, quàm multa cõplectitur, vt per/fectus sit oportet, quisquis hanc recte pronunciaue/rit, hoc est, qui sic ore pronunciet, vt animus & affe/ctus respondeat. Primũ docet vos totos non aliunde pendere, quàm à patre cœlesti, cui debetis quod estis conditi, cui debetis quod estis à peccatis redẽpti, cui debetis quicquid habetis virtutum. Pater vocatur, vt clementem ac benignũ intelligatis. In cœlis esse dici tur, vt illuc sustollatis animos vestros, neglectis bonis terrenis. Vestrum appellatis ne quis sibi proprium aliquid vindicet, quum ex vnius beneficentia profi
ciscat

cifcatur omnibus quicquid habent. Et hac in parte eſt regum & ſeruorũ æqualitas. Illius gloriam tantũ optatis, ne quiſquã in terris vlla ex re quicquam lau dis aſcribat ſibi, vnde naſci ſolet inſolẽtia, animiq; tu mor. Optatis vt ille regnet, vt illi obtemperetur, nõ vobis. Illius enim virtutes ſunt, quæ per vos operan tur. Illius doctrina eſt, quam ex me tradetis hominibus. Nec ſatis eſt in illi⁹ bonis perſiſtere, niſi quotidie proficiatis in melius, & ob hoc poſtulatis ab eo panẽ illũ admirabilem, quem quotidie vult peti, quoniam quotidie largitur: Et ab ipſo vult peti, vt memineritis ab illo proficiſci bona omnia. Deniq; quo magis ca ueatis ne quando excidatis à charitate patris tam benigni, cõmonet vos illius improbi ſatanę, qui nũquã non inſidiatur piis, vt eos in ſuã retrahat tyrãnidem. Proinde priuſquã hac precatione patrẽ cõpelletis vo biſcũ expendite, an vere cupiatis hoc quod petitis, & num idonei ſitis, quẽ pater iſta precãtes audiat. Sed il lud in primis excutite, an cum proximis habeatis cõ cordiã. Talem experiemini patrẽ erga vos, quales vos proxim⁹ experiẽ erga ſe: Nõ agnoſcet ꝓ filio, cui nõ cõuenit cũ fratre. Si remiſeritis hominib⁹ in vos delin quẽtib⁹, remittet & pater veſter cœleſtis, qđ in ipſum deliquiſtis. Quod ſi vos eritis duri & implacabiles er ga cæteros hoĩes, nec pater veſter condonabit vobis peccata veſtra. Nõ vis ignoſcere cõſeruo tuo, in quem

tu vi

tu viciſſim aliquādo peccaſti & poſtulas à deo vt tibi condonet tuū admiſſum, qui cum nulla tibi poteſt eſſe penſatio delicti mutui? Habetis quātū oporteat veſtram eleemoſynā abeſſe ab eleemoſynis phariſæorū, & precationes veſtras à precibus illorū. Nunc audite quantū oporteat & ieiunia veſtra diſtare ab illorū ieiuniis, ſi velitis eſſe grata patri, vobis frugifera. Nec enim ieiuniū deo cōmendat abſtinētia cibi, ſed affectus purus animi, ſoli deo placere geſtientis. Proinde vos quoties pietas hortabitur ad ieiunandū, ne velitis imitari quoſdam non ieiunatores, ſed ieiunii ſimulatores, frontis triſticia ieiunii perſonā præ ſe ferentes, quū re ipſa non hoc agant, ob quod ieiuniū debet adhiberi, vel ob placandū deū, vel ob corporis caſtigationem, quo liberior ſit animus ſacris rebus vacaturus, ſed hoc fuco laudem inanē captant apud homines, quibus deo contempto fabulā hanc agunt. In hoc enim ad pallorem & triſticiam obnubilant facies ſuas, quo vel ipſo corporis habitu conſpicuū ſit omnibus eos ieiunare. Illud habetote certum, nihil eſt quod ob iſta benefacta mercedē expectent à deo: iam enim habent præmium ſuū, hoc aſſequuti quod aucupabātur ieiunio. Tu vero quoties ieiunas, diſſimula magis ieiunium, & vncto capite lotaq́ue facie lætitiā præ te feras, ne te ſentiant hoīes ieiunare. Neque putes infrugiferum eſſe ieiuniū, quod latet homines. Tibi ſatis eſt, quod pater tuus videt,

Cū aūt ieiunatis noli te fieri.

videt, cui nihil est occultum. Et is qui cernit in occulto, pro inani laude mortaliũ solidam mercedem reponet tibi. Neq; rursus hæc dico, quod impium sit aliquos habere tui ieiunii conscios, sed quod animus debeat ab affectione laudis abhorrere. Tũc nemo mortalium videt te ieiunantẽ, quãdo tu nõ in hoc ieiunas, vt à quoquam videaris. Tũc solus deus videt te ieiunãtem, quãdo ieiunas hoc animo, vt nihilominus libenter sis ieiunaturus, etiam si nemo videret mortaliũ. Hęc vulgus hominũ non animaduertens, dum visibilia quædam apud homines præmiola venatur, sese frustratur inuisibili veroq; bono, quod ꝑ recte factis largitur deus. Idẽ accidit iis, qui magna solicitudine sibi congerunt, ac recondũt opes, easq; ne perdant defodiunt in terra, atqui hoc ipsum est eas perdere. Qui recte erogauit diuitias suas, is demũ in tuto collocauit. Alioqui quod defoderis, nec tibi est vsui, tineisq;, erugini & furibus obnoxium est, vt iam hinc ad te nihil redeat, præter calamitosam parandi, seruandiq; sollicitudinẽ. Ista nec anxie, nec immodice parãda sunt vobis: & parata, aut forte obiecta, facile sunt elargienda, si quis egeat, aut certe in hoc dispensanda, vt naturæ necessitati subueniatur, non vt luxui, animiuę morbo seruiatur. Et tamẽ in hoc studiũ plærisq; mortales omnes curas suas cõferũt, quasi pauptas miseros efficiat, diuitiæ fœlices. Dũq; sectãtur hæc falsa bona, moxq;

Nolite thesaurizare.

I suos

suos dominos relictura, relinquũt æterna bona, quæ vere fœlices reddũt, & eripi nõ possunt. Vos cõtra to to studio properãtes ad optima, perfectaq; quo vere diuites efficiamini, recõdite vobis thesauros in cœlis, quorum custodia vos nõ cruciet anxia sollicitudine. Neq; enĩ opes eiusmodi demolit̃, erugo, tinea ve, nec fures effodiũt, ac suffurãtur, quib⁹ casib⁹ opes huma næ sunt obnoxiæ. Istas opes apud patrem depositas, ipse vobis seruabit tuto, nec anim⁹ vester sordidis cu ris depressus, hærebit humi, sed neglectis his humilio ribus, ac fluxis rebus, ad cœlestia rapietur. Siquidem vbi thesaurus est hominis, quẽ vnice amat, ibi & cor habet. Nihil igitur sublime cogitãt, qui cõgestas opes defossas habent in terra, ipsi quidẽ huc & illuc obam bulãt, tamẽ animus habitat in fouea, cui credita est pe cunia. Quod si corrupt⁹ est anim⁹ vel inanis gloriæ, vel auariciæ morbo, totũ quod geritur vitiosum sit oportet. Primũ enim est perspicere quid sit potissi mum expetẽdũ, & quid vere præstet id quod petim⁹. Porrò qđ est in domo lucerna, qđ est oculus in cor pore, id est, animus in homine. Si lux animi nõ est vi tiata caligine falsarũ opinionũ, malarũq; cupiditatũ. Si mẽtis oculus nõ alio dirigit aciẽ, quàm ad verũ sco pum, quicqd agitur in vita, gratũ deo est, nihilq; non conducit ad cumulũ fœlicitatis. Quemadmodũ si do mus habeat insignem lucernam, nusquam impingi tur,

Si ocu lus tu⁹ fuerit simplex

tur, si oculus tuus purus est & integer, lucet membris omnibus, nec vlla pars impingit, aut errat, nimirum oculo duce. Contra si oculus corporis tui fuerit vitiatus, nullum membrũ recte suo fungitur officio. Nihil enim recte iudicatur ea parte nostra vitiata, per quam vnam iudicamus. Proinde si ea pars, quæ in te est data vice luminis, versa sit in tenebras, quãta erit caligo reliquarum partium, quæ ex se lumen nõ habent? Si ratio cupiditatibus est excæcata, & id iudicat esse fœlix, quod est calamitosum, id iudicat in primis expetendum, quod vel contemnendũ, vel neglectui haben dum, in quas tenebras totũ hominẽ rapiet ambitio, libido, auaricia, stulticia, ira, liuor, odium reliquęq; perturbationes animi, quæ suapte natura caliginẽ habẽt. Sit igitur purus ac syncer⁹ oculus vester, vt spectet optima, sit & simplex, & hęc vel sola vel potissimũ spectet.

Ne vero putetis istos audiẽdos, qui se deo & homini Nemo
bus, qui se terrę cœloq; partiẽtes, ita sequũtur æterna, potest
vt tamẽ hęc tẽporaria nolint cõtẽnere. Nihil eñ aliud duob⁹
efficiũt, nisi dum vtrũq; captãt, neutro potiãtur. Hæc dñis ser
philosophia sicut ingẽtia præmia pollicetur, ita totũ uire.
requirit hoĩem. Inter hoĩes nõ reperies duos tã cõmodis morib⁹, vt idẽ seru⁹ possit duob⁹ satisfacere. Ita sit vt alter sit deserẽd⁹ aut neutri fiet satis. Qđ si dñi sint inter sese diuersis morib⁹, ac simultate quapiam graui dissidentes, necesse est vt seruus si velit alteri probari,

alterum illum nō deserat solum, sed alteri adhęrēs ode rit etiā quem deseruit. Quod si rursus ab hoc velit ad alterū deficere, in hunc vnū amorem & obsequiū om ne transferat oportet, neglecto eo quem reliquit. Qui vero sic inter se pugnāt, vt deus & māmona? Quomo do vnus duobus seruiet, quū imperent tā diuersa? De9 imperat vt tua largiaris egenti, māmona iubet, vt per fas, nefasq; rapias aliena? Deus imperat vt consulas fra tri tuo periclitanti, māmona iubet, vt tibi viuas. Deus imperat sobrietatem, māmona luxū docet. Frustra igi tur vobis blādiemini, si creditis fieri posse, quod fieri non potest, vt simul & deo seruiatis, & māmonę. Eius quisq; seruus est, cui vehemēter est addict9. Videtis q̄ totos possideāt opes eos, qui tanto tumultu illas parāt tanta sollicitudine tuentur, ac seruant, tanto cruciatu amittunt, quid non ob has patiunt, quid non faciūt? Huic seruitio qui se mācipauit, non potest esse seruus dei. Totum ille requirit hominem, nec patitur tam sor didi fœdiq; domini consortium, nec fert seruū dimi/ diatum, & cum hoste cōmunem. Sed diuitum vulgus auaricię morbum excusare solet pretextu necessitatis humanę. Fami inquiūt, & nuditati cōsulitur his reb9. Ita loquuntur, qui non pendent toti à deo, sed suis fi/ dunt pręsidiis. Ego volo vos hac quoq; sollicitudine vacare, ne quid ea cura vos auocet, à studio rerum me liorum. Minimis contenta est naturę necessitas, & vn/ delibet

Ideo dico vobis ne solliciti sitis.

delibet facile suppetit, quod talibus satis sit Aut enim succurret obuia liberalitas bonorũ, aut opera manuaria suppeditabit, quod necessitati medeatur. Postremo si nihil horum, pater nõ destituet suos: totis animis in hiatibus ad cœlestia, vel non sollicitis hęc leuiora adiiciet, qui maiora largitur. Nolite itaq; reponere in longum tempus, nolite discruciari sollicitudine de parandis cibis, sine quibus non viuitur, de parando vestitu, quo tegit̃ corpus, & à frigoris iniuria defenditur. Nõne vita res est preciosior q̃ cibus? Nonne corpus res est preciosior vestimẽto? Hęc tãto meliora qui dedit, & dedit non sollicitis: an grauabitur vilioribus hisce rebus alere tueriq; quod dedit? Si quęritis exemplũ, vertite oculos ad animãtia reliqua, quę vestra gratia cõdidit, is qui condidit omnia. An quicquã suo victu destituit eorum quę condidit? Considerate volucres cœli. Non serunt, non metunt, non recõdunt in horrea, de futuro sollicitæ, viuunt in diem vacantes omni sollicitudine, quod obuium datur, sumunt cum alacritate. Et tamen pater vester cœlestis omnibus illis cibũ suppeditat? Et vos destituet, quos tanto pluris facit quàm auiculas? Q̃d si vos illi curę estis, sicut vtiq; estis, nonne superuacua est vestra sollicitudo? Si destituat ille, q̃d vobis ꝓderit vestra sollicitudo? Vt corpus dedit suo arbitratu, ita & victũ dabit suo arbitratu. Vultis videre quã sit inutilis animi sollicitudo, de rebus huiusmodi

Respice volatilia cœli.

Quis autẽ cogitans.

di? Quis est hominũ, qui quãuis magna sollicitudine possit vnum cubitũ addere modulo corporis sui? Sed cuiusq; corpus ipso ne cogitãte quidẽ statis auctibus crescit vsq; ad præscriptam à deo magnitudinem. Si ue curam abiicias, nihilo breuius habebis corpus, siue cura distorquearis, nihilo habebis procerius. Proinde qui te nõ sollicito facit, vt corpus tuum augescat ac roboretur, idẽ prospiciet de victu citra tuã sollicitudinem, quę te à cura rerũ earum auocat, quę sine nostra sollicitudine nõ parãtur. Proinde stultũ est anxie metuere, ne vobis desit pabulũ, quũ videatis hoc auibus vltro suppetere. Iam ne vos sollicitos habeat prouidentia vestiendi corpus, contẽplamini lilia, quę nulla hominũ cura nascũtur & crescũt in agris. Non laborant, nõ nent, quis aũt illis de vestitu, vt ipsi visum est prospicit? Quis nisi pater cœlestis? Et ita prospicit, vt nec Solomõ rex opulẽtissimus ac splẽdidissim⁹ vnq̃ sic amictus fuerit, etiã quũ maxime strepitũ diuitiarũ suarũ ostẽtaret, queadmodũ vnũ quodlibet ex his cõtemptis neglectisq; liliis, nõ quę in hortis quibus nõ nihil humanæ curæ tribuitur, sed in pratis spõte prouentũt? Nihil enim tã elegãs prestare potest hominũ cura, q̃ prestat ipsa naturæ prouidẽtia. Quod si pater vester herbã vilẽ, moxq; peritura, quęq; hodie nitet in agris, cras demessa, & arefacta in clibanũ mittẽda, tãto nitore vestit, quur vos adeo parũ illi fiditis, vt vobis,

bis, quibus tanto pręstantiora cōtulit, quosq; immortalitati condidit, ac peculiariter in sui nominis gloriā parauit, putetis defutura vestimēta, quę vobis qualiacūq; non ad ornatū, sed ad necessitatē quęrenda sunt. Proinde qui patrē habetis deū, tanta benignitate prospicientē etiam auiculis, prospicientē flosculis & herbis, quarū illę ratione carēt, hę nec sentiūt quū videatis illū vos tanti facere, vt corpori mira prouidētia cōposito, animā indiderit rationalē, & angelicis mētibus similem, vt filiorū titulo dignetur, vt vos ex omnibus delegerit sua gratuita charitate, quorū syncera vita castaq; doctrina notus & gloriosus fiat inter vniuersum mortalium genus, quos ad æternę vitę hęreditatē destinauit. Abiicite istā humilium & sordidarū rerū sollicitudinem, vt anxii trepidiq; dicatis, quid edemus, aut quid bibemus, aut quo vestiemur? Ethnicorū istę voces sunt, non Christianorū, siquidē illi aut deū esse nō credūt, aut nō credūt agere curā mortaliū. Neq; didicerūt aliam esse potiorē vitā, ad quā omnis cura sit dirigenda. Itaq; dei pręsidiis diffisi, & in his quę corporis sunt felicitatē hominis constituētes, magna sollicitudine parāt, quę ad victū vestitūq; aut reliqua corporis cōmoda faciunt. Gestiunt gaudio, quum hęc obtigerint: exanimātur metu quū his imminet periculum discruciātur mœrore, ac nonnunquā ad laqueum currunt, quū hęc eripiuntur. Ac per has curas affixi re-

bus perituris,nec hic viuunt suauiter,nec ad cœlestiũ bonorũ studiũ possunt animũ erigere. Quis est inter homines pater tam impi9, vt liberis suis non prospiciat de reb9 ad vitam necessariis? Vos patrẽ habetis tam diuitem,tam benignũ,tam prouidũ vt omnib9 sufficiat,vt omnia locupletet,vt nihil quãlibet minutum aut contemptũ destituat,& metuitis,ne filiis suis non suppeditet ista,sine quib9 nõ viuitur? Hanc curam in illũ transferte,nouit his omnibus vobis opus esse,nec enim tam durus est,vt suñ agentib9 negociũ necessaria substrahat.Sed dicet aliquis,quid igit.? An non parabim9 opera manuaria,quo nos vxorẽ,liberosq; nostros alamus? Quo pauperũ inopiam sublevemus? Maxime:sed absq; sollicitudine. Siquidẽ vulgus conduplicat suam miseriã,simul & laborans corpore,& animo sollicitũ. Serũt,sed anxii ne nõ proueniat,quod serũt.metũt, sed anxii,ne miles aut prædo prius auferat quod demessum est,quã cõdatur in horreum.Cõdũt in granariũ,sed anxii,ne pestis aliqua vitiet frumentũ,aut ne incẽdiũ exortum perdat. Postremo quoniã ad copiã spectant,nõ ad præsentem necessitatem,& in longinquũ congerũt,quasi certũ sit illos diu victuros, & nihil vnquã satis est. Vos itaq; si res ita poscet,laborate,sed absq; sollicitudine,si obtigit sine fraude,& absq; negocio pecunia,accipite,sed sic vt eius cura nihil vos remoretur,ab Euangelii negocio.

Mai9

Maius enim quiddam agitis, quàm vt leuium & fluxarum rerum cura conueniat auocari. Prima cura sit eius boni, ad quod ista collata nullius sunt momenti. Instaurandū est regnū dei, hoc est doctrina Euangelica per quam pertingitur ad cœlestem hereditatē, huius vos pręcones & adiutores delegi. Et ostendi quā eximiis virtutib⁹ sit opus ad hoc negociū obeundū, vt & inimicos diligatis, & salutem optetis his, qui vobis moliūtur exitium. Hæc quia summa sunt, nec vobis sine vestra sollicitudine cōtingent à patre primū vobis quærenda sunt, reliqua leuiora, quæ ptinent ad huius vitæ necessitatem, pater optim⁹ vltro vobis nō sollicitis, velut auctarium adiiciet, vt vtroq; nomine gratias agatis illius munificentiæ, & quod illa summa vobis adnitentib⁹ pręstiterit, & hæc citra vestram sollicitudinem adiecerit. Non vult vos grauari curis, quę faciūt afflictiores, meliores non faciunt. Et hoc negocium quod suscipitis tam arduū est, vt totum animū, vt expeditum, vt vacuū reliquis curis desideret. Quare velut in diem viuentes pręsentibus rebus contenti, nolite discruciari cura futura, quemadmodū facit hominū vulgus, sibi conduplicantiū afflictionem, dum & de præsenti necessitate satagūt nihil nō facientes, & futuri metu distorquētur. Qđ hodiern⁹ dies obtulit, accipite cū gratiarū actione. Quid crastin⁹ dies sit allaturus, ipsi curādū relinquite. Si qd adferat boni, nō pēde-

Quærite ergo primū regnū dei.

pendebitis spe, si quid mali, nõ preuenietis afflictionẽ metu futuri mali. Habet hęc vita suas afflictiões, quas nihil est necesse metu conduplicari. Satis enim est eas ferre quũ adsunt, vt nõ etiã timor nobis pͥsentes red/dant antequã accedãt. Tẽpus ista voluit ac defert in vita mortaliũ. lęta tristibus miscẽs, q̃ tamẽ omnia vobis vertent̃ in bonũ, si quicquid inciderit, boni cõsulẽtes, totos vos possideat, cura regni cœlestis.

CAP. VII.

EST & aliud in quo velim vos ꝓcul abesse à moribus scribarũ, & pharisęorũ. Siquidẽ illi quũ si/bi ignoscãt in grauissimis peccatis, tamẽ erga fratrem peccãtem iudices agũt inclemẽtissimos etiã ea calum/niãtes quę recta sunt, sinistre interpretãtes q̃ sunt du/bia, exaggerãtes q̃ lenia sunt, deniq; si quẽ viderint in aliquod grauius crimẽ prolapsum, magis hoc agẽtes, vt perdãt, quã vt sanẽt. Atq; hinc quoq; iusticię famã sibi venãtur, quod magno supercilio sæuiãt in lapsus alienos, quũ id faciãt nec amore proximorũ, quos extinctos malũt quã correctos, & traductos potius quã emẽdatos, nec odio vitiorũ, quũ ipsi suis vitiis longe grauioribꝰ indulgeãt. Vestra vero iudicia, si qua sunt, sapere debent Euãgelicã charitatẽ, quę facile cõdonat, quę nõ temere suspicat̃, de quoquã, quę quicquid an/ceps est, in bonũ potiꝰ, q̃ in malũ interpretatur. quę multa lenitate sua tolerat, q̃ mederi mauult, quã puni/re,

re, quę suę infirmitatis cōſcia talē ſe prębet iudicē in cōmiſſis alienis, qualē velit alios experiri erga ſe peccantē. Poſtremo nō ſumit ſibi ſupercilıū in obiurgandis malis aliorū, ſi ſibi ſit cōſcia ſimiliū aut etiā maiorū, ſe ſibi pri⁹ cēſorē ac iudicē adhibēs q̄ alterū increpet aut admoneat. Atq; interim fit, vt iniq iudicii exēplū, in ipſos autores recidat, & alios viciſſim experiantur ſuę vitę cēſores tales, quales in alienā egerint. Nolite ergo vos ſic alios iudicare, ne ſimili modo iudicemini ab aliis. Alioqui fiet, vt quale iudiciū exercueritis in alios, tale viciſſim alii in vos exerceāt: quaq; mēſura mēſi fueritis aliis, alii viciſſim metiātur vobis. Vt enim officiū inuitat officiū, clementia clementiā, ita calūnia calumniā, ſęuicia ſęuiciā. Qui male loquit̄ de ꝓximo, peius audiet. Nulli enim atrocius ſęuiūt in quālibet leues lapſus proximi, q̄ qui ipſi madēt vitiis lōge grauiorib⁹. Hic traducit fratrē, ꝙ veſte diſcincta vtat̄, quū ipſe totus madeat liuore. Ille nihil nō dicit in fratrē, ꝙ victus imbecillitate carnis cōcubina ſit vſus, quū ipſe totus ſeruiat auariciæ, & ambitioni. Alius execrat̄ fratrem ꝙ bibit paulo largius, quum ipſe tot homicidia tot veneficia gerat in pectore, tam cæcutiens ad ſua tubera, qui ad verruculam alienam eſt oculatiſſimus. Quod autem eſt iſtud prępoſterum iudicium? In ſuis quiſq; malis debet eſſe iudex acerrimus, in alienis mitior: ad ſua quēq; vitia decet eſſe oculatum, in alienis

non

non perinde curiosum. Et sibi quisque primum debet esse medicus, priusquã alteri manus admoueat. Tu vero quur vides festucã in oculo fratris, quum trabem, quę est in oculo tuo, non videas? Aut qua fronte dicis fratri tuo, sine eiiciam festucã ex oculo tuo, quum interim ipse gestes trabem in oculis propriis? Hypocrita, q non ex tuis bonis, sed ex alienis sanctimonię laudem venaris apud homines, prius eiice trabē ex oculo tuo, ac deinde puro iã ac purgato oculo tuo, dispicias, num qua sit festuca, quam eiicias ex oculo fratris. Vt oculo iudicamus ea quę sunt corporis, ita animo iudicamus ea quę sunt animi. Proinde vitio careat oportet illud, quo vitium alienum iudicamus. Et seipsum prius docuerit oportet, qui suscipit alios docēdi prouinciã, & sui iudex sit oportet, qui parat in alios pronũciare, & sibi monitor sit oportet, qui velit alios admonere.

Nolite sanctũ dare canibus. Atque hęc quidem potissimum ad eos pertinēt, qui populi curã gerũt. Quãquã autē volo vos esse prōptos ad benemerendũ de omnibus, tolerantes erga eos qui vos afficiũt iniuria, simplices & cãdidos erga eos qui labuntur humana infirmitate: denique & erga peruersos tales, vt malitis eos corrigi quã extingui: nolim tamen Euangelicę sapientiæ mysteria, sine delectu prodi dignis & indignis. Etenim si Iudęi tanti faciunt sua sacra, vt ab his arceant canes animal impurũ, si diuites tanti faciunt suos vniones, vt non proiiciant eos porcis,

cis,alioqui insani habendi si id faciāt, vos qui possidetis ea quę vere sancta sunt,quęq; superant omnes baccas quālibet preciosas,cauete ne opes Euāgelicas proiiciatis indignis.Canes enim sunt,qui toto pectore dediti prophanis rebus abhorrēt ab iis,quę sapiunt sanctimoniā.Sues sunt,qui toti immersi voluptatibus obscœnis, execrātur puram castamq; Euāgelii doctrinā. Canibus putria cadauera, & fœtidus vomitus iucundior est omnibus cōdimentis,& aromatis . Sus cœnū mauult quā gēmas.His igitur qui sic palam pręse ferunt cōtemptū sanioris doctrinæ, vt nulla spes fructꝰ videatur, non oportet ingerere secreta doctrinę cœlestis,ne prouocati per occasionē,sceleratiores etiam euadant quā antea fuerant. Et idē eueniat,quod euenturū sit,si quis margaritas porcis obiiciat,aut canibꝰ id qđ sanctū est.Nā canes nō solū non reuerebuntur rem sacram,verūetiam irritati iactu insilient in vos,ac dilacerabūt dētibus.Et sues preciosos lapillos,ceu rudera pedibus suis conculcabūt.Ita nec canis re sancta fit sanctior,sed rem sanctā prophanat,& sus nō fit ornatior gēmis,sed illarū puritatem cōspurcat. Sic homines deploratę malicię doctrinā sacrā,vt stultā irridēt, vbi cognorint & vt impiā calūniātur , ac negociū facessunt iis qui tradiderūt.Auidis igitur,aut certe sanabilibꝰ cōmunicāda est Euāgelica philosophia.Nec statim credēda sunt omnia omnibꝰ,sed vt quisq; specimē sui pfe-

ctus

ctus præbuerit, ita sunt abstrusiora quædam aperienda. Hæc eximia bona, vt nõ sunt à vobis cõmunicanda quibuslibet, ita nõ contingunt à deo patre segnibus, & oscitãtibus. Dat hæc, sed auide petentibus, nõ negat hæc, sed studiose quærẽtibus, non arcet ab hoc thesauro, sed improbe pulsantes. Petite igitur à patre, non gemmas aut aurũ, sed has veras & inæstimabiles opes animi: petite inquam, & quod petitis dabitur. Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Diues ac benign⁹ est pater vester, nulli negat, nulli inuidet opes suas, sed agnosci vult earum precium. Non agnoscit autẽ quæ segniter optat. Quisquis igitur vt par est petit, accipit: quisquis auide scrutatur, inuenit: quisquis instanter pulsarit fores, huic aperietur. Porrò recte petit, qui petit salutifera, qui petit cum fiducia, recte quærit, qui quærit infatigabili studio recte pulsat, qui piis operibus diuinam bonitatem sollicitat.

Petite & dabitur vobis.

Quod si non protinus accipitis quod petitur, ne diffidite tamen de benignitate patris vestri, dabit quũ opus erit, & quantum opus erit, si modo perseuraueritis. Non enim minus exorabilis est deus erga filios suos, quàm homo pater erga liberos suos. Quis enim est inter vos pater tam inhuman⁹, vt si filius petat rem vtilem, puta panem, nõ illi det quod petit, sed pro pane lapidem porrigat? Aut si piscẽ petierit obsonii loco, pro pisce serpẽtem illi porrigat? Vtiq; negatur⁹

gaturus si lapidem, aut serpẽtem, aut alioqui rem noxiam peteret. Vos igitur natura proclines ad malum, atq; etiã aliis in rebus mali plærũq;, tamẽ hac in parte, non virtute, sed naturæ impulsu seruatis pietatẽ, vt noueritis vtilia dare liberis vestris, quãto magis id faciet pater vester cœlestis natura bon9. An is nõ dabit vobis filiis suis sua bona, si benignitatẽ ipsi9 flagrãtibus, ac ptinacib9 votis sollicitaueritis? Porrò qđ ad vitæ cõsuetudinem, quæ mutuis officiis, & iniuriis inui cem aut læditur, aut iuuatur, quoniã prolixũ sit de sin gulis præcipere, dabo formam generalem, cuius vis sit omnibus à natura insita. Nemo sanus sibi non bene cupit, sed vulgus hominum sic est amãs sui vt alienis malis suis consulat commodis. Vobis non itidem faciendum, sed quales optàretis alios esse in vos, tales vos ipsos præstate in alios. Nemo quũ ignorantia tenetur, nõ cupit doceri, nemo cũ labitur nõ cupit amãter ac secreto moneri poti9 quàm traduci. Nemo quũ eget, nõ velit sibi subueniri. Nemo velit obtrectari famæ suę, nemo fraudari. Ex hoc igitur sensu cõmuni, qui nulli mortaliũ nõ est inditus, quisq; sumat sibi cõ siliũ, qualis esse debeat erga proximũ suũ. Qđ sibi fieri nolit, ne faciat alteri: qđ sibi fieri gaudeat, pręstet in alterũ. Hoc est cõpẽdiũ & summa oĩm q̃ docet lex & pphetæ, qs si aut nõ vacat, aut p inscitiã lrarũ nõ pôt aliqs euoluere, certe nemo non habet domi regulã ad quã

Omnia ergo q̃cunq; vultis vt faciã.

quam dirigat actus suos, modo rationi quã cupiditatibus obtemperare malit. Hęc si videtur ardua iis, qui diligũt hũc mũdũ, si videtis maximam hominũ partem diuersa sequi, ne quid animũ vestrũ cõmouerit. Optima quæq; difficiles habent aditus. Vos spectate magis quo ducat hæc via, quàm an cõmodum habet ingressum. Fingite duas esse portas, alterã arctam, ad quã nõ sit aditus nisi per angustã viam, sed quæ mox ducat ad vitam ęternã. Alterã latam ac patentẽ, ad quã spaciosa via præbeat omnib9 aditũ, sed quæ mox ducat in exitiũ æternũ. Vos ergo intrate per angustam portam, malitisq; cũ paucis tendere ad vitam æternã, quàm cũ multis ad perditionẽ æternam. Siquidẽ spaciosa via, quoniã nemineẽ arctat legibus pietatis, quoniam iis reb9 adblanditur quæ delectãt sensus corporis, quæ blandiũtur animi cupiditatibus, facile plurimos ad sese pellicit, sed ad breue tẽpus delinitos per amplam portã, trãsmittit in calamitates inenarrabiles, & falsis bonis deceptos tradit veris malis. Quàm vero angusta est porta, quàm arcta est via quæ ducit ad vitam? Nihil enim ostẽtat quod blãdiatur carni, multis aspera est: quæ molesta sunt etiam naturæ, protin9 obiicit paupertatẽ, ieiunia, vigilias, tolerãtiam iniuriarum, castitatẽ, sobrietatem. Hæc porta nõ capit huius mũdi gloria turgidos, hæc nõ capit fastu elatos, hæc nõ capit luxu distentos, hæc nõ capit diuitiarũ sarci-

Intrate p angustã portam.

nis

nis onustos, hæc non capit reliquas huius mundi co pias secũ trahentes. Nõ recipit nisi nudos & ab omni/ bus huius mũdi cupiditatib⁹ expeditos, ac velut exu tis corporib⁹ in spiritũ extenuatos, vnde fit, vt á pau cis inueniatur quod nõ cernatur, nisi purgatis oculis, quibus perspicua sunt bona spiritualia. Sed ab istis qui libidine, luxu, fastu, auaricia, reliquisq; cupiditati/ bus, ludẽtes ac risum insanũ ridẽtes tendũt in exitiũ: vobis nõ est periculũ, siquidem illos sequi, non error est, sed insania. Magis cauendũ est ab iis/qui vobis se iũgunt, speciem habẽtes pietatis, quũ sint pietatis ho stes: Deũ patrem, Euãgelicam doctrinã, regnũ cœlo/ rum habẽt in ore, cultus est vilis, ora pallent ieiunio, corpus habẽt attenuatũ macie, orant prolixe, largiun tur pauperibus, erudiũt populum, & interpretãtur sa/ cros libros, atq; harũ rerũ imagine personati veniũt ad vos velut ouilla pelle tecti, quũ intus sunt lupi rapa ces, & Euãgelici gregis laniatores. Nihil sit negocii lu pum ab oue dignoscere, si vterq; suam ędat vocem, si vterq; sua pelle tectus veniat. Quid autẽ facias, vbi lu pus ouillo vellere, ouilla voce ouem simulans/irrepse/ rit in ouile, nõ vt ouis fiat, sed vt crudeli⁹ oues laniet? Mutat vocem lupus, & Christi nomẽ ꝓfitetur, profi/ tetur Euãgelicã doctrinã, sed vt incautis aspergat hæ reseos suæ venena. Simulat opera pietatis, quo magis aliorũ simplicitate ad suas cupiditates abutatur. Ab

Attẽdi te a fal sis pro/ phetis.

his igit' diligēter est cauēdū vobis quos delegi gregis mei custodes ac pastores. Facile deprehendetis simulationis præstigiū si propius inspexeritis, non titulū & vestem, sed ipsa facta quę produnt animum insyncerū. Nam etiamsi bene docent, tamē hoc ipsum quod docent nō præstant. Est suus cuiq; arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem. Si vitam & mores attentius obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis vbiq; seruiētes, elatos, vindices, inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes, nōnunquam & ventri deditos, & omnino suū negocium agentes potius quàm gregis aut Euangelii. Ostendi qui sint fructus arboris Euangelicæ, nimirū animus alien9 ab omni fastu, animus lenis, & minime appetens vindictæ. Animus contemptor omniū voluptatum huius mūdi, animus contemptor opum & sitiens, esuriensq; pietatis Euangelicæ. Anim9 promptus & exposit9 ad benemerēdū de omnib9. Anim9 purus ab omib9 cupiditatib9, nec alio spectās quàm ad deū. Anim9 nihil afflictionū recusans, modo prouehat doctrinā Euāgelicam. Anim9 nihil mercedis expectās in hoc mūdo pro suis bene factis, neq; gloriā, neq; voluptatem, neq; diuitias. Animus qui bene velit etiā maleuolis, qui bene mereatur etiā de male merentib9. Hos fructus qui vere præstat ipsa re, is demū est arbor Euāgelica, Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se venditāt, qui cultu religio/

ligioso se fingunt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructib⁹ sunt æstimandi. Nolite spectare frōdes & corticem. Hæc sæpe cōmunia sunt agrestibus, cum mitibus, salubribus cum pestiferis fœtus gustatus indicat qualis sit arboris succus. Quod si videritis in his auariciam, arrogantiā, liuorem, vlciscēdi libidinem, fucū, aliaq; id gen⁹, quæ velut ex diametro pugnant cū fructibus Euāgelicæ mētis, nolite putare ex iisdem arboribus aliquid boni fructus proditurū. Quis enim sic insanit inter homines, vt de spinis colligat vuas, aut de tribolis ficus? Hoc est ex asperis & immitib⁹ fruticib⁹, fructus suauissimos? Itidem fit inter homines, arbor veræ bona, & succū mitem gerēs in radice mētis, ædit bonos fruct⁹. Cōtra arbor vere mala, quibuscūq; sit foliis, quocūq; cortice, tamē fructus ædit malos. Nec possunt hęc inuerti, natura videlicet repugnāte. Neq; enim qui syncero est animo, potest nō factis exprimere synceritatē affectus sui, neq; rursus qui viciato est animo, potest ea præstare factis, quæ vere bonum arguūt. Tametsi præstigiis ac specie sanctimoniæ nōnunq̄ imponit incautis hominib⁹, certe deo non potest imponere. Proinde qui fucate boni sunt, dent operā, vt omisso fuco fiāt boni. Potest enī inter homines ex arbore mala, fieri bona. Quod si pseuerauerit in puersa simulatiōe, metuat ne hoc patiāt̄ a vindice deo, q̄d arbor infrugifera patit̄ ab agricola suo.



Quid autē patitur? Exciditur & in ignē conijcitur. Sic quisquis in regno dei aut nullū affert fructū aut fructū ædit indignū sua professione, nisi resipuerit, in ignem æternū abijcietur. Hoc igitur indicio digno/scetis eos, nimirū ex ipsis fructibus, quos si malos in eis depreh ēderitis/submouebitis à cura gregis, ~~nec re cipietis in regnū cœlorū, nec habebitis pro Christia nis, sed pro hostibus, nō vt tollendos hodie~~, sed vt caueatis ne gregi noceant admixti. Nihil est enim perniciosi⁹ impietate, cui sanctimoniæ falsæ species fidem addit

Nō oīs q dicit mihi domīe dñe. & autoritatem. Non omnis qui me verbis dūtaxat profitetur, dign⁹ habebitur regno cœlorū. Neq; enī titulus Christianū facit, sed vita: neq; protin⁹ eos pro discipulis agnoscam, qui mihi religiosis verbis dixe/rint dñe dñe, quū re ipsa longe alijs dñis seruiant, mā monæ, ventri, ambitioni. Quos igitur dignabor re/gno cœlorū? qui vere repudiū miserunt terrenis cu piditatib⁹, & ex animo obtemperant volūtati patris mei, qui in cœlis est, cuius volūtatem ego vobis præ

Multi dicent mihi. dico. Siqdē ab illo est quicqd vos doceo. Atq; adeo nō proderit nomen meū iis, qui spiritu factisq; meis caruerint, in illo die quū nō iam humano iudicio, qđ sæpe fallit: sed diuino, pro suis cuiq; meritis præmia designabūtur, & separabūtur oues ab hedis, vt nec il la sint eis ꝑfutura, quę nūc inter mortales diuinū qd/dam & hoīe mai⁹ præ se ferūt. Tum enī vidētes iam

æter/

æternam vitã paratã iis , qui doctrinã Euangelicã se/
quuti, se declararunt veros esse discipulos meos: rur/
sum æternũ suppliciũ iis, qui ab horũ cõsortio semo
uebũtur, multi metu territi venient, & agnosci iam cu
pient apud deũ, quũ apud hoies simulauerint præci/
puos quosdam & eximios discipulos Christi, Euãge
liiq; præcones, Dicentq; mihi, dñe dñe nõ agnoscis
famulos tuos ? Nõne per tuũ nomẽ futura ꝑdiximꝰ?
Nõne per tuũ nomẽ dæmonia profligauimꝰ? Nõne
per tuũ nomen defunctos excitauimꝰ? Nõne per tuũ
nomẽ venena morbosq; pepulimus ? Nõne per tuũ
nomẽ alia quædã ꝓdigiosa fecimꝰ? Atq; his factis no
men tuũ illustrauimus ? Tot argumẽtis docuimꝰ nos
esse tuos, & nũc nõ agnoscis? Tunc audient ex me ta
le responsum : Profecto nũquam agnoui vos, ne tum
quidem quũ ista faceretis. Audio domine dñe, sed fi/
deliũ seruorũ animũ nunq̃ sensi in vobis. Audio mul
tam mẽtionẽ nominis mei, sed spiritũ meũ nũquam
exptus sum in vobis. Audio miracula per nomẽ meũ
gesta, sed nõ audio fructꝰ illos ꝓprios & peculiares, p
quos vere Christi discipulꝰ agnoscit̃. Proinde quãdo
nec tum vere mei fuistis, quũ meo noie vos vẽditaba
tis inter hoies, sed sub simulata ꝓfessiõe mei, seruiistis
diabolo: Discedite nũc à me & accedite illi, cuiꝰ spiri/
tum habuistis, cuiꝰ volũtati obtẽperastis . Quocũq;
titulo fuerint, quicũq; opati sunt iniusticiã, nõ erunt

 cõsor

Oīs ergo q audit ṽba.

consortes regni mei. Sed quẽadmodũ fruct⁹ arboris, nõ potest esse generosi saporis, nisi radix succum habeat generosum, ita structura quãuis foris magnifica, & in altũ surgẽs firma nõ erit nisi firmo solidoq; fundamẽto nitatur. Qui meũ habuerit spũm hoc est syncerũ affectum non alio spectantẽ quã ad dei gloriã, is est arbor bonę radicis. Ita qui nõ in nitit᷑ inanib⁹ huius mũdi rebus, sed veris animi bonis, atq; in his constãter perseuerat, is sapiẽter ædificat ædificiũ nũquam ruiturum. Proinde quisquis audit sermones meos, nec audit tantũ, sed in intimos affectus suos demittit vt factis exprimat quod didicit, hũc similẽ aio viro prouido/prudẽtiq;, qui quo solidũ ac firmũ ędificiũ struat, ante omnia dispicit sibi solidũ & immobile fundamẽtum, cui credat substructionẽ, aduersus omnes iniurias tẽpestatum duraturã. Nam trãquillo quidẽ cœlo quod uis ædificiũ facile cõsistit, cæterũ hyẽs arguit soliditatẽ structuræ. Iã pluuiæ vis ingruẽs illã pulsat: iã aucta hymbrib⁹ flumina magno impetu illã quatiunt: iã vẽtorum impetus illã oppugnat. Et tamẽ tot modis pulsata, cõsistit immobilis. Quur ita? Quia solido nititur fundamento. Prouiderat hæc exoritura ædificator, & ideo imposuit illã solido saxo, cuius p̃sidio nihil illos insult⁹ metueret. Rursus qsquis audit sermones meos, & audit tãtum, nec eos trãsfundit in affectus suos, nec hos exprimit factis, similis est ædificatori parũ prouido,

do, qui non prçuidẽs tẽpestates venturas, ædificiũ suũ collocat super harenã, videlicet fluidũ, minimeq; fidele fundamẽtum. Post irruit pluuię vis, irruit torrẽtium impetus, irruit vẽtorum procella, domusq; à fundamẽtis cõuulsa soluitur, magnoq; fragore concidit. Quur ita? quia splẽdida quidem in speciem erat structura, verum nitebatur inutili fundamento. Prima sit igitur cura fundamenti. Ieiunia, eleemosynæ, preces, sordid9 vestitus, deniq; miracula, sunt quidem instar splendidi ædificii: cęterum si animus ista gerentis spectat inanẽ hominum laudem, si quæstum, si voluptatem, corruẽt omnia, quando ingruerit vehemens tentationum procella. Cęterum cuius affectus fixus est in doctrina promissisq; Euangelicis, à solo deo præmium expectãs recte factorum, is aduersus omnes malorũ iniurias, aduersus impiorum atrocissimas persequutiones, aduersus hereticorum insidias, & insultus, deniq; aduersus omnes machinas satanę, aduersus mortẽ ipsam, stabit incõcussus & infractus vsq; ad diem illum, quum perseuerãtia victrix malorũ suã feret coronã. Hos sermones quum finisset Iesus, admirabantur turbæ nouum hoc doctrinæ genus. Nihil enim huiusmodi audierãt ex scribis aut pharisæis, qui si quid addere solent legi Mosaicæ, quo se redderẽt admirabiles populo, dilutas quasdam cõstitutiũculas solent adferre, de lauãdis ante cibum manibus, de lauãdo corpore, si quis à foro do

mum rediſſet, de lauãdis poculis, de decimis perſoluẽdis, ex prouẽtu mẽthæ & rutę. Nihil huiuſmodi docebat Ieſus, ſed quũ miraculis teſtatus eſſet quid poſſet factis, talẽ ſeſe declarabat in doctrina, cũ autoritate vetãs quod lex indulſerat, & exigẽs quod lex nõ exegerat. Lex indulſerat repudium, quacũq; de cauſa, Ieſus interdixit omne repudiũ, niſi interceſſerit adulteriũ. Lex nihil aliud vetat quã occidere. Ieſus exigebat vt nec iraſcerent̃ fratri, vt facile declararet ſe nõ eſſe legis interpretẽ tãtum, ſed dominũ, nõ miniſtrũ, ſed autorẽ. Poſtremo vigor quidã doctrinæ perfectæ ac genuina quædã veritatis vis afflabat docilẽ ac ſimplicẽ multitudinẽ, nihil expertã ſimile in ſuis ſcribis ac phariſæis.

CAP. VIII.

HAEC igitur ſublimia locut⁹ in mõte, nõ quibuſlibet, ſed p̃cipue diſcipulis ſuis, & iis qui ſpiritus alacritate poterãt illos cõſequi. Ruſus Ieſus demittit ſeſe ad humilitatẽ promiſcuę turbę, quę multos habebat ſegnes, debiles, claudos & ægrotos, qui corporalib⁹ etiã beneficiis alliciẽdi erãt ad ſtudiũ rerũ cœleſtiũ. Atq; in his ſanãdis hoc ipſum agebat̃ per imaginẽ, qđ per doctrinã agebat ſanandis animi morbis. Vtraq; res alteri cõciliabat fidẽ atq; autoritatẽ, libentius illi credimus quẽ amam⁹, & beneficiis cõciliatur amor. Ac facile pondus apud nos habet illius oratio, quẽ cõſpicimus in factis tã eſſe potentẽ. Ergo quũ Ieſus

sus relicto mõte venisset in planiciẽ, hinc atq; hinc varię hominũ catervæ ad illũ cõfluebãt, quo miracula per eũ ædẽda plures haberẽt testes. Numeroso igitur theatro cõgregato, ecce prodit quidã miraculi prębiturus occasionem, simulq; typo quodã docturus eos, qui lepra laborarẽt animorum, vnde & qua fide deberent remediũ petere. Prodit enim quidã lepra corpus habẽs infectũ. Is morbꝰ apud Iudæos cũ primis habebatur abominabilis, & maior esse creditur, q̃ vt arte medicorũ tolli possit. Huiꝰ morbi iudiciũ veluti sacri, sacerdotibus erat delegatũ: ac miris variisq; obseruationibꝰ explorabãt, nũ vera lepra corpus alicuius teneretur. Dãnatis nefas erat admisceri cœtibꝰ hominũ: nec fas erat inquinatũ hoc morbo corpus cõtingere. Hic igitur dãnatus à sacerdotibꝰ, certaq; lepra impurus, ausus est venire ad purificatorẽ omniũ Iesum. Pudorẽ adimebat salutis amor, fiduciã addebat Iesu iam in omnes spectata benignitas. Spẽ faciebãt tot aliorũ exẽpla, qui sani domũ redierãt. Itaq; quũ prouolutus ad genua Iesum adorasset, Domine inquit, si vis potes me mũdare. Quid hic facturus erat superbus Pharisæus, aut sacerdos Mosaicus? Abominatus fuisset hominẽ impurum, ac ne colloquio quidẽ dignatus fuisset. At Iesus boni pastoris imaginẽ exhibẽs, delectatꝰ hominis fide, cum tãta modestia cõiuncta, qui non ausus sit petere vt mundaretur, nisi vellet ipse qui nouit

quid

quid cuiq; expediat; sed tamē non dubitabat posse, si vellet, non auersatus est impurum, sed porrecta manu tetigit eum. Hac sane in parte neglecta lege, quod ad literā attinet. Et adiecit sermonē quo simul & volūtatis bonitatem/ & potētiæ suæ magnitudinem declararet. Quādoquidem inquit, credis me posse si velim, volo, mundus esto. Simulq; cum dicto mutata cute reliquit eum morbus teste populo. Sub hæc Iesus, quo maior esset fides miraculo, simulq; eriperetur ansa sacerdotibus calūniandi, q sibi vindicaret autoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere cuperet lucrū quod ex mūdatis à lepra soleat ad ipsos redire, dicit illi: Vide interim ne cui te prædices esse purum à lepra. Neq; enim tuum est iudicare de teipso, nec ego mihi sumo quod est sacerdotum. Prius igitur adito sacerdotem, illiq; temet ostende, & si te pronunciauerit esse mundum, qui antea pronūciauerat esse leprosum, tum offeres munus

In testimonū illis. quod Moses iussit offerri ab his quibus contigisset à lepra mundari, ne post & te calumnientur, qui te turbæ admiscueris: & me, qui non potuerim veram præstare sanitatem. Munus enim ab illis acceptum, velut à puro redarguet illos, si post cœperint odio mei calumniari quod factū est. Etenim si leprosus antea nō eras, quur te summouerunt à castris? Si nunc purus nō es, quur abs te cœperunt munus solēne velut à purgato? Voluit autē Iesus testē esse populum, quātum leproso
pfuisset

profuiſſet ſua fides, quãq; nullo negocio, verbo mor/ bum omnẽ abſtuliſſet, vt eadẽ fide audirẽt doctrinam ipſius qua ſanarẽtur à morbis animorũ. Ergo poſtq̃ Iudæos facto docuiſſet ſynceritate fidei facillimã eſſe viã ad ſalutẽ, ita mox in Cẽturione docet ne gentibus quidẽ eſſe pręcluſam, ſi modo fides adſit Euãgelio di/ gna. Quum enim ingreſſus eſſet Capernaum, id oppi dũ eſt haud ꝓcul à ſtagno Genezareth, in cõfinio Za bulõ & Neptalim: adiit illũ Cẽturio quidã, quod ho/ minũ genus duobus nominibus execrabãtur Iudæi, primũ, ꝙ ſint incircũciſi, & à lege Moſaica alieni, de/ inde quod vitæ genus infame ſit vulgo. At nec hunc auerſatus eſt optimus Ieſus, qui venerat ſanãdis omni bus. Rogabat hũc Cẽturio dicẽs: Domine, eſt mihi ſa mulus domi, quẽ vnice charum habeo, veluti fidũ & vtilẽ miniſteriis. Is iã totus inutilis lecto affixus eſt Pa ralyſi, Et nõ ſolum mihi nõ poteſt eſſe vſui, ſed etiam grauiter diſcruciat̃ ipſe morbo ſæuiſſimo, iam morti proxim⁹. Eſt autẽ & hoc morbi gen⁹ vt periculoſum ac moleſtum, ita nõ temere cedẽs arti curæq; medico/ rum. Ieſus delectatus hominis fide, qui non dubitaret ipſum & abſenti verbo mederi poſſe, quo magis red deret omnib⁹ perſpicuã inſignẽ viri fiduciã cum ſum ma mẽtis humilitate cõiunctã, reſpõdit, Ipſe veniã & ſanabo eũ. Ad hæc Cẽturio: Domine, Iudæ⁹ nõ ſum, Cẽturio ſum, duplici nomine Iudæis abominandus,

& ob

& ob hæc indign⁹ cuius tu tectum subeas, meoq; cō tubernio cōtamineris. Nihil opus est corporis tui pręsentia, tantum verbo iube, & quę tua potestas est protinus sanabitur famulus meus. Habes angelos quib⁹ huiusmodi munera deleges. Ex meipso coniecturā facio. Habeo pręfectum cui subdit⁹ sum, eius iussis obtēpero, nec est necesse vt ipse per sese obeat omnia. Satis est illi delegasse cum autoritate. Rursus habeo milites meæ potestati subditos, per quos obeo quæ meipso parum sunt digna. Tātum iubeo, & illi iussis obtemperāt. Huic iubeo, vt eat aliquo, & abit, alteri vt veniat/ & venit. Rursus seruo meo in quē mihi priuatim ius est, dico, fac hoc/aut illud, & nihil cōtatus facit qđ iussus est. Si mihi peccatori & abiecto homūcioni sic obediūt mei, quāto magis tuis iussis obediāt tui! His auditis/miratus est Iesus, nō quod ignoraret hominis fidē, sed vt omnibus admirabilē redderet: & cōuersus ad Iudæos qui sequebātur, eisq; velut exprobrans incredulitatē suam dixit, Illud affirmo vobis, Hactenus nō inueni tātum fidei in populo meo Israelitico, quātum in hoc alienigena, qui nec prophetas nouit, nec nostrā doctrinā accepit, nec miracula vidit. Vos vobis placetis ꝙ sitis filii patriarcharum, quos deus amauit, ꝙ sitis populus deo peculiaris, cui salus hæc pręcipue promissa videtur. Verum illud affirmo vobis, futurū est vt multi veniāt vndiq; ex remotissimis orbis patribus,

bus, quos vos vt alienigenas abominamini, per fidem irrumpētes: & recumbēt cum Abrahā, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, hosq; vestri patres ob fidē Euāgelicam pro legitimis filiis agnoscēt; & adhibebunt suæ mēsæ, cōsortes æternæ felicitatis. Cōtra filii regni, qui iuxta carnis cognationē gen⁹ ducūt ex Abrahā Isaac & Iacob, ob incredulitatē nō solum nō recipiētur ad felix illud cōuiuium, sed expellētur in tenebras externas, qui lucē oblatā cernere pri⁹ noluerint. Ibi dabūt pœnas diffidētiæ suæ, flētes ac stridētes dentibus: sero iam intelligētes à quanta beatitudine per suā maliciā exciderint, & dolorē acuet liuor, quum videbunt alienigenas ad felicitatē & honorē ipsis ꝓmissum admissos. Hæc vbi Iudæis dixit Iesus, quo sermoni fidem astrueret miraculo, versus ad Centurionē ait: Vade & sicut credidisti, fiat tibi, nimirum declarās sanitatē, nō tribui/nec generi, nec aliis meritis: sed soli fidei, quā in plærisq; Iudęis desiderabat. Dictum sequuta res: Siquidem compertum est eodem tempore subito Cēturionis famulum fuisse morbo liberatum, ne quis suspicari posset, casu/aut medicorum ope factum. Nam vt nemo subito liberatur à lepra, iuxta naturæ cursum: ita nec paralysis quenquā subito relinquit. His atq; aliis quibusdā prodigiis ęditis subduxit se paulisper à turba, & ingressus est domum Simoni Petro, & Andreæ fratri communem. Comitati sunt Iacobus & Ioānes. Ibi

Et cum venisset Iesus.

Ibi cognouit Petri socrum febri tam valida teneri, vt lecto decumberet, rogatus vt eam sanaret, nihil conta tus, apprehensa manu mulieris erexit eam, & cõtinuo tota febris abiit, vigor & alacritas redit, sic vt mini straret illis cibum capientibus. Adeo nullum sui vesti gium febris in ea reliquit, quũ eos, quos medicorum ars restituit multo tẽpore languor ac fastigiũ teneat à morbo. Quũ vero iam appeteret, nox confertissima turba sese ad fores adglomerarat, expectãs vt cibo sum pto rediret ad beneficia. Prodeunti obtulerunt innu meros variis morborũ generib9 obnoxios atq; etiã dæmoniacos. Ille spiritibus eiectis, & morbis propul satis sanabat omnes, hic quoq; suo nomini respõdẽs. Nulla erat tam fœda, tamq; horribilis morbi species, quam auersaretur Iesus. Nulla tam vehemens aut insa nabilis, quæ nõ statim ad iussum illius relinqueret ho minem. Dicto sanabat oẽs, gratis sanabat oẽs. Iã hoc agens in tollendis promiscue morbis corporũ, quod acturus erat in tollendis peccatis, quæ sunt mul to atrociores animorũ morbi. Nimirũ in hoc venerat in mũdũ, & hoc erat quod Esaias multis retro seculis, de illo futurũ prædixerat. Nr̃as infirmitates ipse vltro in se trãstulit, & morbos nostros ipse portauit. Quũ vidisset aũt Iesus, ne sanatis quidẽ ęgrotis, nec ingruẽ te nocte, (iã eñ occiderat Sol,) abire turbã: sed magis ac magis vndiq; cõdẽsari, præcepit discipulis vt appa

Vespe re autẽ facto.

rarẽt

rarēt nauim trāſmiſſuro lacū, quo vel ſic à turbis libe
raret. Hoc audito, cæteri qdā abibant domū. Cæterū
ſcriba qdā importunior ſequut⁹ eſt Ieſum ad ripā eū
tem, cupiēs in numerū diſcipulorū illi⁹ recipi, quē vi-
derat à turbis tāti fieri ob potentiā in miraculis ædē-
dis, nō vt illi⁹ doctrinā vitāq; ſequeret: ſed vt ex eius
miraculis ſibi gloriā & quæſtū cōpararet. Hic igit̃ ag
greſſus Ieſum, dixit: Magiſter, ſequar te, quocūq; ie-
ris. Vox digna futuro diſcipulo, ſi voci reſpōdiſſet ani
mus. Vltro ſe ingeſſit, & ad omnia ſemet obtulit, neq;
qcquā moræ prętexuit. At Ieſus nec importunitatem
hoīs reppulit, nec aīum inſyncerū exprobrauit: ſed ta
cite admonuit nec illū ſibi fore diſcipulū idoneū, nec
ſe illi magiſtrū accomodū, qđ qſqs hui⁹ mūdi cōmo
da ſpectaret, ſtulte ſe illi adiūgeret, qui nec opes, nec
gloriā, nec regnū hui⁹ mūdi vel haberet, vel q̄reret:
ſed ſummā paupţtatē, ſummā ignominiā, ſummā affli
ctionē amplecteret, adeo vt nec illa ſuppeterēt quę vo
lucribus & beſtiis nō deeſſent. Vulpes inquit, tametſi
domos nō habent, tamē cauos habēt effoſſos, quib⁹
abdant ſeſe. Volucres in aere vagantes, tamē nidulos
habent vice domicilii, in quibus conquieſcant. At fi-
lius hominis adeo deſtitutus eſt omnib⁹ huius mūdi
prĕſidiis, vt nihil vſquā habeat vbi vel caput ſuū recli
net. Talis magiſter ſi cui placet, me ſi volet ſequat̃: ſed
affectu ſequatur, non tantū veſtigiis pedū. Sic ille ſibi
cōſci⁹

conſciis abſtinuit:rurſus hoc audito quidam ex eorū numero,qui iam eſſe cœperant in numero diſcipulorum,cōmotus imbecillitate humana, quū audiſſet extremā paupertatē Chriſti,quærēs anſam aliquo prætextu elabēdi à diſciplina Ieſu: Dñe, inquit,priuſquā totus te ſequar quocūq; ieris,ſine prius,vt domū reuerſus ſepeliā patrem meū. Cauſa quidem in ſpeciem erat pia, ſed Ieſus docere volens omnia poſthabenda negocio ſalutis æternæ,atq; hic omnē moram eſſe periculoſam,nō paſſus eſt iuuenem bonæ mētis,ſed imbecillem ſub pietatis prætextu teſtamētariis negociis implicari,& dum hęreditati viliſſimæ conſulit,excidere ab hęreditate cœleſti.Imò inquit nihil iam tibi cū patre mortuo,qui te dedicaſti vitæ cœleſti.Nō deerūt qui ſepeliant patrē tuū. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, & terræ mādent,qui terrena diligunt,mortuū infodiant terræ,qui viui mortui ſunt,atq; etiam ſepulti. Nobis illi mortui ſunt : Deo mortui ſunt, tu cura vt viuas,& à mortuorū cōſortio ſeiungere, ſi vere vis viuere. Quū igitur Ieſus dimiſſa turba nauim ingreſſus eſſet,comitantib⁹ ipſum diſcipulis,inter nauigandū repente coorta tēpeſtate, ſic cōmotus eſt lacus,vt fluctus nauim operirent.Ieſus interea dormiebat capite innixus ceruicali,quodā ænigmate depingens quātū immineat periculi reb⁹ humanis quoties ii dormiūt huius mundi cōmodis deliniti, qui vices Chri

Et aſcē dēte eo in naui ſecu culam.

sti susceperunt. Sed in his tēpestatibus, vnde petendū sit auxiliū, docent discipuli. Siquidem ii metu exanimati, Christū vellicant, expergefaciunt. Dn̄e inquiunt serua nos, perimus. [redacted], nec credūt sese tutos esse, nisi illo vigilante. Proinde Iesus volens eos aduersus om̄es, quāuis atrocium malorū insultus, intrepidos & inuictos reddere, tantam illorū formidinē increpās: Quid inquit sic timetis homines exiguæ fiduciæ? Vos tot cōspectis miraculis, auditaq; doctrina mea, non oportebat vlla reterreri, quasi vos vsquam destituat auxiliū dei, si modo vos nō defecerit fiducia, quam nondū in vobis tātam video, quantam oportet. Sic admonitis discipulis suis Iesus surrexit, & vt ostenderet sese elemētorū omnium dn̄m, increpuit ventos ac mare, continuoq; tēpestas illa cōquieuit, & sequuta est mira tranquillitas, quo magis esset perspicuū hæc non geri viribus humanis, sed virtute diuina. Nihil enim surdi⁹ aut impotenti⁹ mari cōmoto, & tamen ad dn̄i iussum repente versum est in summā tranquillitatē. Porrò discipuli, cæteriq; qui erant in naui, rem tam prodigiosam vehemēter admirati dixerūt: Quis est tantus? Nam omnino prefert quiddā hoīe mai⁹, quādoquidē nō solū morbi ac dæmones, verūetiā venti ac mare iussis eius obtēperant. Hac aūt imagine nos docuit optim⁹ dn̄s Iesus, vt quoties in nos sæuierint tentationū, aut pse-

qnationum procellæ, non aliunde petamus auxilium quàm ab ipso. Tumultus omnis vertetur in trãquillitatem, si modo ille in nobis vigilauerit. Quũ igitur transmisso lacu Iesus venisset in regionem Gerasenorum, ecce maioris prodigii materia obiicitur: occurrerunt duo pessimis dæmoniis multũ iam temporis obnoxii, qui aut vagabantur per loca deserta, aut sese continebant illic in sepulchris mortuorũ, quæ solent extrui, iuxta viam publicã. Horũ erat tanta sæuicia, vt nullis catenis cohiberi possent, sed disruptis omnibus vinculis, insilirent in viatores, sic vt nemini tutũ esset illac iter facere. Nullꝰ illos audebat ad Iesum adducere, quemadmodũ de nõnullis factũ recensui, sed hos inuitos attraxit tacita virtus Iesu. Cruciabantur impii spiritus nec ferebãt vim diuinã, adeo vt sibi male cõscii sentirent nouũ quendã & occultũ cruciatũ, etiam priusquam illis loqueretur Iesus, metuerent ne iam instaret ille dies, quo relegarẽtur in profunda tartari, suppliciis æternis afficiendi, neq; posthac sinerentur hoĩbꝰ esse molesti. Cruciatus igiť ac metus/ab inuitis extorsit vocẽ testẽ diuinæ virtutis in Christo. Vociferabanť itaq; p ora miserorũ: Quid ĩquiũt tibi nobiscũ est rei, Iesu fili dei? Num ideo huc venisti, vt ante tẽpus nos torqẽas? Scimꝰ quę nos maneat pro meritis calamitas, sed sine nos saltem tẽporis morã lucrifacere. Nimiũ mature nobis veniet ille dies. Dilatio nem

Et quũ venisset Iesus trãs fretum.

nem petimus,nõ absolutionem. Haud procul ab eo loco,quo hęc gerebãtur pascebat ingens grex porcorũ. Dæmones igitur sentiẽtes sese vehementer vrgeri virtute diuina,ne sine noxa abirent, tãta erat malicia, deprecabant Iesum dicẽtes:Si prorsus nõ pateris nos in hoc manere domicilio,saltẽ permitte,vt hinc demigremus in porcos animal immũdũ, & abominandũ. Hoc simul atq; permisisset illis Iesus,cui satis erat humanæ saluti consulere, dæmonũ multitudo continuo demigrauit in gregẽ porcorũ.Et,ecce protinus totus ille grex correptus furore ẽ mõte per præcipitiũ ferebatur in lacũ,atq; illic interiit in aquis.Hoc passus est Iesus, simul vt ostẽderet insignem dæmonũ maliciã, & occasionẽ præberet dilatandi rumorẽ miraculi. Siquidem pastores viso hoc horrẽdo spectaculo territi fugerũt,& ingressi ciuitatẽ Gadarã renũciauerũt ciuibus,quicqd viderãt, qd accidisset dæmoniacis,quib9 contigerat sanitas,iam fama cognitis, & qd accidisset gregi porcorũ. Ad hũc rumorẽ tota ciuitas Gadarenorum animo cõsternata,exiit in occursum Iesu,ne tuẽs ne ad se veniret. Viderũt porcos extinctos. Viderũt duos hoies ex nudis iã vestitos, ex phreneticis sanos,ex rabidis qetos, adeo vt sederent ad pedes Iesu, agnoscẽtes autorem suæ salutis,sed qm erãt crassi maliq;,magis metuebãt virtutẽ Iesu,q̃ amabãt bonitatẽ,ac pluris faciebãt iacturã porcorũ, q̃ salutẽ hoim,

L 2 adiere

adiere Iesum, & rogarūt eū, vt excederet à finib⁹ ipso
rū, qui si pnouissent eū, obnixe rogassent, vt venire di
gnaret̃ in fines ipsoꝝ, hoc factur⁹ in animis illoꝝ, qđ
in duob⁹ fecerat dæmoniacis. Qualis eñi esset illorū
vita porci declarāt, quos dęmones hoīm vicarios sibi
postularūt. Nihil igitur illos docuit Iesus, terruisse cō
tentus. Nos tamē hac imagine docuit, nullam esse pe-
stem animorū tam sæuam, vt sit desperāda salus si con
tingat ad Iesum accedere. Sunt enim quædā cupidita
tes, adeo effrenes, impotētes, & indomitæ, vt eum quē
occuparint, ad veneficium, ad homicidium, ad parrici
dium, aliaq; facinora nō nominanda adigant, nōnun
quam & huc impellant vesaniæ, vt ipse sibi man⁹ ad-
ferat. His nulla mortalis ratio mederi potest, solus Ie-
sus sanitatē dare potest, si dignabit̃ ad illos accedere.
Nec desperādū: dignabit̃, si mō illi vicissim occurrēt.

CAP. IX.

IESVS igitur nolens sanctum dare canibus, neq;
margaritas obiicere porcis, conscensa naui rursus
traiecit lacum, ac reuersus est in ciuitatem, nimirū Ca
pernaū, siquidē hic habebat domiciliū id temporis.
Quū igitur esset ingressus domū, confluebant ad il-
lum multi, inter quos erant & legis doctores è Gali-
læa, Iudæa & Hierosolyma, docebatq; eos sedens, assi
dentib⁹ scribis ac doctorib⁹. Cum autē vis tāta hoīm
conflueret, vt iam dom⁹ esset angusta, ac ne vestibulū

qdē

quidē capax esset immensæ multitudinis. Quidā adducebant quendā tam vehemēti paralysi detentum, vt à quatuor baiulis vna cum lecto decūbens deportaretur, cadauer hominis veri⁹, quàm homo. Proinde quū scirent intus esse Iesum, nec præ turba daretur adit⁹, cōscēderunt tectum, ac submotis tegulis, per hiatū funibus dimiserunt grabatū vna cum paralytico, ante pedes Iesu. Iesus nō offensus hac importunitate famulorum, sed poti⁹ approbās ardorē fidei, quāquā oportuit nō minorē esse fidē ægroti, qui sic demitti se vel iusserit, vel passus sit, cōuersus ad decumbētem, vt circumstātib⁹ fidem etiā atq; etiam cōmendaret: Bono inquit animo esto fili, remittūtur tibi peccata tua, pri⁹ eam partē morbo liberās, vnde corporis morb⁹ erat profectus, & tamē inaudita māsuetudine filium appellat, hominem vtraq; sui portione calamitosum, tacite pharisæis & scribis, supercilium & arrogantiā exprobrans. Turbis autē silentib⁹ & admirantibus, scribæ nōnulli, qui meminerant in sacris scripturis sic loqui deum: Ego sum qui deleo peccata hominū, quum in tanta frequentia fauentiū, nō auderent palam obmurmurare, taciti loquebātur apud sese: Hic blasphemus est in deum, qui quū homo sit, dei potestatē sibi vindicat. Iesus autē qui remittendis peccatis diuinam potentiā suā subindicarat scribis, etiā peculiari signo declarat eandē: demōstrans sese nō latere quid quisq; co

gitet. Ergo respõdens ad ea quę illi tacita secum cogitatione loquebantur ait: Quur inuidentes benefactis male cogitatis in cordibus vestris? An quia morbus animi nõ cernitur oculis corporeis, vti nec salus, suspicamini me falso mihi sumere, & aliis polliceri, quod prestare nõ queã? Sed vtrum vobis videtur facilius dicere, peccatis obnoxio, quod modo dixi, Remittũtur tibi peccata, an dicere paralytico, quẽ totũ videtis obstrictum morbo: surge & ambula. Vt igitur ex iis quę videtis, credatis & illa vera quę nõ videtis, & filio hominis vtrũq; ęque esse ꝑcliue, & morbũ dicto tollere, & peccata cõdonare, dabo signũ omnium sensibꝰ cõspicuũ. Quod si videritis hęc verba, quę nũc dicturus sum, nõ esse inania, sed habere vim pręsentem, nolite dubitare filio hominis esse potestatem remittendi peccata in terris, idq; non sacrificiis aut holocaustis, sed simplici verbo. Simulq; cõuersus ad paralyticũ dixit. Surge tolle grabatũ tuũ, atq; abi in domũ tuam, vt ii qui te nouerũt ægrotũ ac salutem desperabãt, videant te sic esse subito factũ validũ, vt nõ solũ pedibꝰ tuis ingredi possis, qui paulo ante à quatuor baiulis portabaris, verũetiam mutatis rerũ vicibus lectulum tuũ gestare, quũ te gestarit hactenꝰ. Nec mora, res ilico vocem est cõsequuta. Surgit paralyticus, & sublato in humeros lectulo, abit in domũ suã, lõge alia põpa, quã paulo ante fuerat exportatꝰ. Hoc tã euidẽs miraculum

culum

culum quū vidissent turbæ, planeq; intelligerēt rē nō esse potestatis humanę, sed diuinę, glorificauerūt deū, qui talem potestatē dedisset hominib⁹ in terris, affirmātes se nihil vnquā tale vidisse gestū ab iis, qui inter Iudęos pro summis viris habebantur. Scribis aūt sic erat impositū silentiū, vt magis etiā exacerbarētur in uidia, nimirū magis quęrentib⁹ suā gloriā, quā gloriā dei, qua per Iesum indies illucescēte/ se videbāt obscurari. Quēadmodū enī sol obscurat lucernā, ita diuina gloria obscurat, & euanescere cogit inanē hoīm gloriā. Sed horū liuor nō in aliud pfuit, nisi quod Christi gloriā obsistēdo reddidit illustriorē. Nouit enim deus etiā malicia mortaliū, ad suā abuti gloriā. Iesus igit̃ vt cederet inuidiæ scribarū, digressus illinc repetiit lacū, vbi turbā vndiquaq; cōfluentē docebat. Porrò quū pręteriret teloneū, cōspexit illic publicanū quēdam sedentē Matthæū nomine, qui idē dici⁹ est Leui: filium Alphei. Est autē hoc hominū genus, quoniā artē exercēt sordidi quæst⁹, & violētę rapacitatis, multis modis infame, pręsertim apud Iudęos. At Iesus, qui pri⁹ Simonē & Andreā Ioannē & Iacobū, ab humili quidē sed tamē licito quæstu vocarat ad se, vt palā faceret, se nullū omnino gen⁹ hominū fastidire, modo se cōnertat ad meliora, Matthæū ad se vocat, ac sequi iussit. Ille nihil cōtatus, sed relictis rationib⁹ imperfectis, relicto quęstu, sequi cœpit Iesum, subito ex publicano factus

Et cum trāsiret inde Iesus.

discipulus. Habebat enim Iesu vox energiã quãdam admirabilem, relucebat & in vultu vis quædã occulta, qua quos volebat, nõ aliter ad se trahebat quã magnes ferrum. Deinde rogauit Matthæus Iesum vt in ædibus suis cõuiuium agere dignaretur. Nec hoc grauatus est Iesus, vt suos doceret, nec impiorum consortium esse vitãdum, si spes sit illos nostra consuetudine fore castigatiores. Porrò Matthęus ex his quę tum illi suppetebãt, affatim exhibebat magnificum & amplũ conuiuiũ, ad quod adhibebat multos sui ordinis homines, publicanos & peccatores, quos exẽplo sermoneq; suo pertraxerat in admirationẽ & amorem Iesu. Cum his igitur vt videre discumbentẽ Iesum vna cũ discipulis suis, pharisæi, captãtes vndiq; calumniandi materiã, ipsum quidẽ nõ audent interpellare, ne quod nollent audirent, discipulos ab eo conantur auertere. Quare inquiũt magister vester cui vos hęretis vt eximie sancto, conuiuium agitat cum publicanis & peccatoribus, quos nos vt abominãdos vitamus? Pares aũt cũ paribus facile congregãtur, & tales fere reddimur, quales sunt ii, quibus cum viuimus. Hunc sermonem cum excepisset Iesus pro discipulis adhuc infirmis patronum agit: docens Euangelii pręcones non inquinari conuictu peccatorum, quibus cum non alio animo agunt aliquãdo cõsuetudinem, nisi vt illos allectẽt ad bonã frugẽ. Atqui publicanos, qui vulgo peccatores

res habentur, pharisęi vitāt, non ne malis illorum inquinent, sed vt ipsi cū sint publicanis deteriores apud homines habeātur sancti, cæterum qui sanctimoniam habent Euangelicā, non ideo cōsuetudinem expetunt peccatorum, vt ab illis auferant emolumentum, sed vt illos locupletēt pietate, nec alio studio subeūt illorum tecta, quā boni medici subeūt ædes ægrotorū. Nusq̄ enim decet fidum medicū versari crebrius, quā apud eos, quibus opus est medicorum ope. Itaq; versus ad pharisæos, qui sibi iusti videbātur, quum essent peioribꝰ vitiis infecti: Ideo inquit versor cum publicanis & peccatoribus, quia medicus sum animarum, & salutem hominū sitio. Quorsum autem attinet versari cū iustis, quales vos vobis videmini, quum illis medico non sit opus? Iis opus est medico, qui male valent: & his vtilis est medicus, qui morbum suum agnoscunt, seq; prębent sanabiles. Hos igitur fastidire non est sanctimonia, sed supercilium: & his succurrere sacrificium est deo longe gratius quā vllum sacrificii genꝰ, quod offertur in templo. Hoc vos latere non debuit, qui tenetis scripturas, in quibꝰ ita loquitur deus, Misericordiam volo potius quā victimā. Idem apud Esaiā auersatur hostias vestras, officium misericordiæ nusquam auersatur. Hoc si nondum animaduertistis, ite & discite quid hic sermo dei sibi velit, ac deinde si videtur calūniamini factū meū, quod nō pugnat cū lege vestra,

sed

sed respõdet volũtati diuinæ. Quur autem fugiã con suetudinẽ peccatorũ, qui in hoc venerim, vt tales inui tem ad pœnitentiã vitę prioris. Multi sibi iusti viden tur, ab his si me subduco, non debent indignari, non enim egent ope nostra, & superuacaneũ, imò cõtume lia sit eos vocare ad pœnitentiã, qui nihil habent pœ nitendũ. Hoc sermone Iesus perstrinxit, & quodam modo derisit, arrogãs superciliũ pharisęorũ, qui sibi iusti viderentur quũ nõ essent. Post hęc discipuli qui dã Ioãnis, qui quodã humano affectu subinuidebãt Iesu de magistro suo Ioãne, veluti de pręstãtiore glo riantes, iuncti pharisæis adeũt Iesum, nec verẽtur illũ in os calũniari, quod nimis indulgenter haberet suos discipulos, minusq; seuere instituerat quã Ioannes su os, quũ arctiorem quandã disciplinã videretur polli ceri. Duabus autẽ rebus pharisęi potissimũ captabãt apud populum opinionẽ sanctimonię, ieiuniis, ac pre cationib9. Rogãt itaq; Iesum, quare nos discipuli Ioan nis & pharisęi, frequẽter ieiunam9, ac precamur ex in stitutione maiorũ, qui docuerunt preces ieiunio com mendari: Discipuli tui nõ ieiunant æque? Ad hanc ma nifestam calumniã, quoniã ipsum petebat, nõ discipu los, Iesus humanissime respõdit, sic vt nec Ioannis ta xaret institutionẽ, nec aliorũ ieiunia simpliciter dãna ret, sed tantũ ostenderet indulgentiã, qua in suos vtere tur, nõ esse negligẽtiæ, sed artificii, quo paulatim illos adduceret

adduceret ad maiora, veluti quũ prudens litterator, & peritus artifex formandę puericiæ, primã ac teneram ætatẽ, non statim deterret rebus asperioribus sed blã dimentis allectat ad difficiliora, ac responsionis occa/sionem mutuatur/ab ipsi9 Ioãnis testimonio. Is enim de Iesu testificans, apud eos qui suspicabantur ipsum esse Christũ. Qui habet inquit sponsam sponsus est, amicus autem eius astat, ac vehementer gaudet, q̃ au/diat vocem sponsi, Iesum indicans esse sponsum, se ni hil aliud quã sponsi amicum. Hunc igitur Ioãnis ser/monem Iesus illis reuocans in memoriam, ait: Num filii qui in recentis sponsi thalamo versantur, vbi læta esse decet omnia, possint Iudaico, tristiq́ꝫ ieiunio tor/queri, pręsertim quum sponsum habeãt pręsentẽ: No lite interim eis inuidere hanc læticiã, nõ diu duraturã. Sinite illos hac indulgẽtia leniter ac suauiter duci ad perfectiora. Habẽt nunc sponsum, & in hoc sunt toti, non vacat illis ieiunare, & teneriores sunt, q̃ vt ferre possint. Grandescent interim, & veniet tempus quum ab illis auferẽtur sponsus, tunc firmiores nõ solum ie iunabũt vltro, sed asperiorib9 etiã ferendis erũt pares. Iudęi summã religionis collocãt in crebris ieiuniis ac precationibus prolixis. Hæc vt damnãda non sunt si non ad inanem gloriam, sed ad pietatem adhibeãtur, ita fortiora quædã ac magis ardua spectat Euangeli/ca doctrina, ad quæ meos paulatim formo, fingoq́ꝫ.
Proinde

Proinde non conuenit mihi instituendi ratio cum Ioanne. Nouum est quod doceo, & nouę doctrinę, noua cõuenit institutio. Non oportet pręceptorem esse pręproperum, suo tempore res indicabit, vtrius discipuli fortius fuerint instituti. Nõ oportet vetera misceri nouis. Nullus enim, assuit veteri vestimẽto particulã panni noui rudisq;. Siquidem hac via non solum non sarcitur vestimenti veteris plaga, verũetiam non cohęrẽte nouo panno cũ vetere, fit maior ac deformior hiatus. Neq; qui sapiunt, vinum nouum credunt vtribus vetustis. Alioqui duplex sequitur incommodũ, dum & vinum effunditur, & vtres dirupti pereunt. Quin potius vinũ nouum infundũt nouis vtribus, qui ferãt vim vini, nec dissiliunt efferuescẽte musto. Itaq; fit vt & vtres sint incolumes & vinum. Ego meos totos nouos esse volo, eosq; mihi sic paulatim fingo, vt olim fortes ac firmi queant Euãgelicæ doctrinæ vim perferre. Ioãnes vetustis vtribus non est ausus aliud, quã vetus vinũ committere: Ieiunium & huiusmodi, quæ multũ absunt ab his, quę pręstanda sunt viris Euãgelicis. Ego meę doctrinę mustũ nõ credo, nisi nouis vasculis. Hęc loquẽte Iesu, adiit eum quidam Synagogę pręfectus, nomine Iairus, & accedẽs supplex ad genua Iesu adorabat eum, ac maiorẽ in modũ deprecans & obtestãs, ait: Filia mea vnica, annos nata duodecim iã agebat animã, quum domo discederem, ac vereor ne iam

hęc illo loquente.

iā mortua ſit.veni obſecro & impone illi manū,vt cō
ualeſcat ac viuat.Ieſus vt erat expoſitus ad benefacien
dum omnibus, qui cum ſimplici fiducia poſtulabant
aliquid,ſiue pauperes eſſent,ſiue diuites,ſiue Iudęi,ſiue
exteri: Ilico ſurgens ſequutus eſt Iairum,properantē
domum ſi forte filiam adhuc ſpirantem offenderet.Ie
ſum diſcipuli ſequebātur,ac turba dēſiſſima. Ecce aūt
inter eundum alterius occaſio miraculi admiſcuerat ſe.
Cōfertę hominum multitudini mulier quędā duode
cim iam annos obnoxia profluuio ſanguinis,quę fa/
cultates ſuas omnes inſumpſerat in medicos,neq; quē
quam inuenit,qui malo poſſet mederi. Itaq; bis ērat
miſera,poſteaq̄ male valetudini acceſſerat inopia.Hęc
quū ſummam fiduciam animo concepiſſet de Ieſu,ob
morbi fœditatem nō audebat tot teſtib⁹ appellare Ie
ſum. Itaq; veluti ſuffuratura beneficium,clanculū ac/
ceſſit à tergo ac tetigit fimbriam veſtimenti eius. Sic
enim ſibi perſuaſerat, ſi vel extremā veſtis illius oram
attigero,ſalutem adipiſcar. Ac mox attacta veſte, ſiſte/
batur profluuiū,ſenſitq; mulier reſtitutā corporis ſa/
nitatem.At Ieſus nolens latere tam inſigne fidei exem
plū,ſimulq; docens non eſſe celandam dei gloriam,vt
eliceret beneficii confeſſionem,conuerſus ad turbam:
Quis inquit me tetigit? Negantib⁹ cūctis.Tamen ali
quis inquit me tetigit. Nam ſentio vim à me ꝓfectā.
Hic Petr⁹ reliquiq; diſcipuli,nō intelligētes quid ſibi
vellet

vellet Iesus: Dñe inquiũt, vides confertã turbã vndiq; prementem te, & rogas, quis te tetigerit, quũ à tam multis tangaris? Porrò quum Iesus quasi ignarus à quo contactus esset, circũspiceret velut oculis quærẽs quis fuisset ille furtiuꝰ attactor. Mulier sola sibi cõscia quũ videret se non latuisse Iesum, excusso pudore timens ac tremens procidit ad pedes Iesu, & cõfessa est rem, vt habebat, omnẽ, & quo morbo laborasset, & quot annos laborasset, & vt omnes facultates frustra profudisset in medicos, & vt sibi persuasisset, solo fimbriæ contactu posse sanari, & vt mox à contactu sensisset perfectam corporis sanitatẽ. Hæc Christus teste turba prædicari voluit, non vt pudefaceret mulierculam, aut sibi laudem apud homines vindicaret, sed vt hoc exemplo doceret omnes quantũ valeret firma fiducia, ac mulieris exemplo cõfirmaret fidem Archisynagogi, quam intelligebat nõnihil vacillare, simulq; pharisæis suã exprobraret incredulitatem. Itaq; mulierẽ trepidam, ac metuentẽ, ne iratus Iesus suũ beneficium repeteret, cõsolatus est dicens: Bono animo esto filia. Tua fiducia tibi peperit sanitatẽ. Vade cum pace, tranquilloq; ac securo animo. Volo vt hoc beneficiũ tibi sit perpetuũ, licet suffurata sis à nobis. Dum hæc loqueretur Iesus, veniũt quidam ab ædibus præfecti Synagogę, nũciantes ei iam mortuã esse filiã, nec esse causam quur pergat esse molestus Iesu. Siquidem illi

illi nihil aliud credebant esse Iesum, quàm medicum aliquem insignẽ qui viuę quidẽ salutem dare posset ar te sua, mortuæ vitam reddere nõ posset. Et idcirco su peruacaneũ esse iudicabant, ad exanimem iam accer/ sere medicũ, quãlibet egregium. Iesus videns ad hũc nũcium vehementer esse cõsternatum animo patrem puellæ: Cõsolatus est illum dicens. Ne trepida, tu mo do fidem habe puellam fore saluam, & erit salua. In te situm est, vt valeat filia. Quũq; iam ventum esset ad domũ præfecti Synagogæ, nõ passus est Iesus ingre di turbam, neq; reliquos discipulos, præter Petrũ Ia cobum & Ioãnem, cumq; his patrẽ, ac matrem puel/ læ. Flebant autem omnes cognati & amici, atq; ex gẽ tis more percutiebant corpora sua lugentes illam, & eiulãtes, qualia stultissime fieri solent in funeribus diui tum ac potẽtiũ. Iesus iussit illos à luctu desistere, puel/ lam enim nõ esse mortuã, sed dormire. Illud nimirũ sentiẽs puellã aliis quidẽ esse mortuã, à quib9 excitari nõ posset, sibi dormire tãtũ, cui facili9 esset illã excita re à morte, quàm aliis esset à somno. Hęc quũ nõ in/ telligerẽt familiares, & amici p̃fecti, deridebãt Iesum, videlicet certo sciẽtes illã esse mortuã, quũ ipsi morie tem vidissent. Quũ igit̃ expulisset turbã lugẽtẽ à fu/ nere, ipse assumpto patre ac matre puellę, ingressus est cõclaue vbi iacebat cadauer puellæ. Iesus aũt apprehẽ sa manu virginis, puella inquit, surge. Simulq; cũ di/

cto surrexit puella, & ambulabat, quo certior esset fides miraculi. Nō enim solum vitā reddidit subito, sed & vires & alacritatē. Quumqꝫ puellæ parētes ingens stupor haberet, pręcepit illis, ac vehemēter obtestatus est, ne cui dicerent, quod factū esset. Simul vt ipse vitaret suspicionem affectatæ glorię. Hoc em̄ potissimum agēdum erat apud Synagogæ primores, qui nihil nō faciebant ad laudē humanam emerendā: Simul vt illi maiore cum fide prædicarent qđ gestum erat, si tacere iussi tamē pharisæis suis, & Synagogæ proceribus, rem gestā quā viderant denarrarent. Nouerat em̄ humanum ingeniū, & hoc in bonum aliorū voluit abuti. Iussit autē digrediens vt daretur cib⁹ puellæ, videlicet medicum agens, ac dissimulans apud alios miraculum, quāquā & hoc cessit ad prodigii cōfirmandā fidem. Ergo quū relictis ædib⁹ archisynagogi Iesus repeteret domum suā, sequuti sunt illum duo cæci, qui rumorē miraculorum acceperāt, atqꝫ ex eo cōceperāt spem adipiscendæ sanitatis, præsertim quū audissent illius beneficentiā nulli nō patere, quantuuis humili. Sed quum Iesum nec cernere possent, nec adire, tamē ingenti clamore quem sanitatis amor & ardor fiducię exprimebat, procul appellāt Iesum, ac precibus addētes blandimētū: Miserere inquiunt, nostri, fili Dauid. Iesus in via nihil illis respōdit, differens beneficium, vt esset euidenti⁹ miraculum: semp hoc agens, vt Iudæos

Et transeunte inde Iesu.

dæos ad credulitatẽ prouocaret,ac pharisæis suã incre
dulitatem multis modis exprobraret rebus ipsis.Con
fisus est Centurio,cõfisa est mulier,& illi diffidebant,
atq; etiã inuidebant.Porrò quũ uentũ esset in ędes ie
su,admissi sunt cæci,qui pertinaci spe fuerãt sequuti.
Tũc Iesus aliis exemplũ parãs,prius ab eis stipulatus
est fiduciã : Creditis inquit, me posse præstare vobis
quod petitis ? At illi incõtanter, credimus,inquiunt,
dñe.Tum Iesus manu contactis illorũ oculis,Vti cre
ditis inquit,ita fiat vobis,nõ sibi vindicans redditi lu
minis officiũ: sed ipsorũ fiduciæ imputans: videlicet
declarans incredulitatẽ præcipue nos indignos redde
re beneficẽtia diuina,alioqui nulli nõ exposita prom
taq;.Mox vt loquutus est Iesus, aperti sunt oculi cæ-
corũ,sic vt clare viderẽt. Hic Iesus nos admonere vo
lens per imaginẽ, vt tametsi gloria suapte spõte comi
tatur recte factũ,tamẽ à nobis fugiendam esse potius
quàm affectandã:vehemẽter interminatus est cęcis,ne
quisquã factũ hoc rescisceret.At illi gestiẽtes noua fœ
licitate,tanto magis sparserũt famã Iesu p vniuersam
illam regionẽ, apud oẽs quos habebãt pristinæ cæ
citatis testes. Cæcis egressis,oblatus est alius lõge mi
serrimus qui obnoxi9 erat dęmonio,quod illi linguę
vsum adimebat,vt homo nec mẽtis esset compos, vt
salutem optaret, nec linguæ vt postularet.Huic igitur
quoniã aliena fiducia fuit opus,oblat9 est Iesu.Ille ni

Egressis autẽ illis.

M hil

hil cõtatus eiecit dæmoniũ, & protin⁹ loquut⁹ est qui mut⁹ fuerat. Turbę demirãtes tãtã celeritatẽ miraculorũ æque paratã in omni quãlibet immedicabiliũ malorũ genere, dicebant inter sese: Nullus vnq̃ exort⁹ est in gẽte Israelitica, qui tã multa ꝓdigia, tã facile patraret. Cõtra pharisæi, iã indies gliscẽte liuore cęci, quũ q̃ gerebant̃ in oculis oĩum inficiari nõ possent, tñ vt aĩos multitudinis, illũ suspiciẽtis, ab eo alienarẽt, calũniant̃ illũ eiicere dęmonia non virtute diuina, sed ope Beelzebub dęmoniorũ principis. Qua calũnia quid esse poterat dementi⁹, quasi dæmon exigat dæmonẽ, aut quasi Beelzebub hostis humani generis, conferret mortuis vitam, ægrotis sanitatẽ, cæcis visum, mutis linguam? Ab illis hæc mala proficiscuntur plærunq̃, quæ Iesus sua bonitate misertus hominũ, tollebat huiusmodi corporalibus beneficiis, quę sensib⁹ ipsis percipiebãtur, præparans eos ad capacitatẽ beneficiorũ spiritualiũ. Sed huiusmodi maliciosis calũniis, adeo non est offensus clementissimus Iesus, vt tanto magis consuleret omniũ saluti, quod videret pharisęos, quorum partes erant populi saluti consulere, adeo nihil opis adferre: vt aliorum bonis etiam inuiderent. Iesus itaq̃ tanquam bonus pastor, obambulabat per omnes ciuitates ac vicos, animis simul & corporibus omnium mederi studens, in conuenticulis illorum docens, & annuncians regnum cœlorum, in quod non reci-

recipiuntur/ nisi qui vacant omnibus animi morbis, & obiter sanans omne morbi genus, omnemq; speciem malæ valetudinis. Porrò quum Iesus videret turbas vndiquaq; confluentes, & indies frequentiores, iam auidas salutis, ac doctrinæ melioris: simulq; consideraret sacerdotes pharisæos & scribas, vnde populus hactenus pependerat omnia potius agere quàm vt seruarent populum, totosq; seruire gloriæ suæ, nō dei: seruire lucro suo, seruire ventri, voluptatibusq; suis, in quibus si quid esset religionis, hoc ipsum esset fucatum ac simulatum, vt officeret etiam ad veram religionem, populum rudem quidem esse, & crassum: sed tamen esse sanabilem, quandoquidem in corpore sanandus simplici fiducia sequebatur, ac dabat gloriā deo, & doctrinā Euāgelicā tametsi nōdū intelligeret, tamē nō auersabatur. Cōtra pharisæos & scribas, quū tenerent prophetas & scripta legis: tamen obcæcatos mūdanis cupiditatib⁹, obluctari etiam Euāgelicæ doctrinæ, tactus est optim⁹ pastor affectu misericordiæ, quod cōspiceret illos similes ouib⁹ balantib⁹, dissipatis, ac destitutis, quæ pastore carēt, sed temere vagantur huc & illuc. Cōsiderās igit̄ in pharisęis lupos agētib⁹ nō pastores, nullā esse spem gregis, iāq; populū miraculis vtcūq; pparatū ad accipiēdā doctrinā Euāgelicā, dixit discipulis suis, quos iā aliquā multos collegerat: Messem qdē multā video, cæterū oparios ad modū Videns autem turbas.

paucos. Rumor Euangelii quaqua versum sparsus est. Excitatus est ardor plurimorum, qui maturi videntur audiendę Euangelicæ philosophiæ. Sed vbi sunt, qui suscipiant prędicandi docendiq; negocium? Vbi qui pure, syncereq; doceant, neq; gloriā humanā, neq; quæstū affectātes, sed ea synceritate tradētes qua me videtis tradere? Certe non oportet negligere tantā hominū multitudinē, iam flagrantē studio cœlestis doctrinæ. Quid igitur superest, nisi vt rogetis dominū messis, vt operarios etiam cessantes, ac detrectātes extrudat in messem suā. Vrget enim occasio, nec est tuta contatio. Scio vobis esse gratius hærere mihi, sed tēpus est vt & vos aliqd vestri specimē præbeatis, & quod à nobis accepistis, in aliorum salutem incipiatis expromere.

CAP. X.

ITAQVE cōsensu mōte, iussit adesse discipulos suos, qui ceu peculiares ipsum affectabātur. Ex his instituit duodecim præcipuos, quibus vt eruditioribus ac firmioribus docēdi munus cum autoritate delegarat, vt ad exēplar quod in præceptore conspexerant, alius alibi docerēt populū. Ac ne doctrina piscatorum idiotarū & humiliū ilico contēneretur: Dedit & illis potestatē aduersus omnes spiritus impuros, vt illos verbo eiicerent, ac morbi genus omne, & omne corporis vitiū sanarēt, vt quicquid Christus ipsis testibus gesserat nomine patris ac suo, id illi facerent no

mine

mine Iesu Christi, cuius gerebant vices. Sic enim in/
gressus erat Iesus vt sanādis morbis grauibus & im/
medicabilib⁹, quo nō aliud beneficiū videtur homi/
nib⁹ diuini⁹, alliceret rudes ad ea quæ sunt animi. Cæ
terum ne quis pseudapostolos pro veris apostolis am
plectatur, duodecim apostolorum quos ipse Christus
instituit, nomina sunt hæc. Primo loco Simon Ioan/
nis fili⁹, qui idē dictus est Petrus, vna cum fratre An
drea: nam hos omniū primos vocauit. Secūdo Iaco/
bus Zebedæi fili⁹, cum Ioāne fratre ipsi⁹. Tertio Phi
lippus, & Bartholome⁹. Quarto Thomas, cui cogno
mē Didym⁹, & Matthæus publican⁹. Quinto Iaco/
bus Alphæi fili⁹ vna cum Iuda Iacobi filio, qui idē
Lebbæus siue Thaddæus dictus. Sexto Simon Cana
næus, qui & Zelotes, vna cum Iuda Iscariote, qui po
stea ꝑdidit dominū suū. Per huiusmodi legatos, Chri
stus aggressus est orbē vniuersum innouare ad philo
sophiā Euāgelicam, pauperes, rudes, humiles, piscato/
res, peccatores, & obscuros: ne quid in hac laude sibi
mūdus vindicaret, si per eruditos, potētes, opulentos,
nobiles, rē cœlestē fuisset auspicat⁹. Nūc operęꝑciū est
audire qd illis mādauerit, quo ve viatico suos legatos
instruxerit. Ac primū quidē præscribit eis prædicādi
limites, vetatq; ne Iudæā egressi, conferant sese, vel ad
gentes finitimas, vel in ciuitates Samaritanorū, quos
abominabant̄ Iudæi, nō qd̄ Iesus vllū hominū ge/

nus abominādū duxerit, ſed ne videretur offenſus in iniriis phariſęorū, vindictę gratia ſuos oblegaſſe ad exteros, néue Iudęis daret anſam cauſandi ſe ſpretos fuiſſe, ſibiq́ gētes ac Samaritanos fuiſſe pręlatos ſimulq́, quoniā ſciebat Iudæos maxime rebellaturos Euangelio, noluit illis quicq́ excuſationis eſſe reliquū, ſed omnib⁹ eſſe perſpicuū eos ſuapte peruerſitate ſubmotos à regno dei, & gētes ſua ſimplici credulitate fuiſſe receptas. Ab illis igitur inquit interim abſtinete, ſed poti⁹ ite ad oues perditas gētis Iſraeliticę, vt reſipiſcāt ad ſalute. Nec enim omnes phariſaica ſunt malicia. Sunt & inter hos oues ſimpliciter & per ignorantiā errātes, q̄ doctæ monitæq́ facile reſipiſcēt, ac vocē audiēt boni

Euntes autem p̄dicate dicētes. paſtoris. Cæterū ſic auſpicabimini p̄dicationē, quēad modū à me factū videtis. Nō enim ſtatim expedit rudib⁹ aperire ſecretiora myſteria, prius pręparādi ſunt, vt ſint perfectioris doctrinæ capaces. Primū igitur nihil aliud prędicate, q̄ adeſſe regnū cœloꝶ, vt reſipiſcētes à vita veteri, ſe prępearēt nouæ. Primus enim iuſtitiæ gradus eſt abſtinere à peccatis, & primus ad ſanitatē gradus eſt agnoſcere morbū. Porrò ne deſit fides & obſcuris doctorib⁹ & noua docētib⁹, miraculis ędēdis doctrinæ fidē aſtruite, quēadmodū vidiſtis à me factū. Sanate ęgrotos, excitate mortuos, mūdate leproſos, eiicite dæmones. Hæc quāquā ſunt maxima, tamē vobis ex me ſuppetēt, & apud omnes cōciliabūt fauorem,

rem, & autoritatē. Primū enim alliciendi sunt imbecilles, Vos tātum cauete, ne his vel ad inanē gloriā, vel ad quæstū abutamini. Vt gratis accepistis à me, ita gratis date. Ne vel minima gloriæ, quęstusue suspicione cōtaminetis Euāgelicū mun9. Ita demū vos vere magnos iudicabūt homines, si cōspexerint tanta potestate prę ditos, nec intumescere fastu, nec tāgi cupiditate lucri, eaq; fortiter cōtemnere, pro quib9 vulgus hominū nihil nō & facit & patitur. Volo vos expeditos hāc obire legationē, nullis onustos sarcinis, nulla sollicitudine obstrictos, quo toti vacetis delegatæ functioni. Cœlestia docetis, nolite curare terrena. Viaticum habetis dignū vestra pdicatione, q̄ nihil humile docet. Proinde iter ingressuri, ne zonas vestras oneretis auro argento ue, Imò ne perā quidē, veluti penuariū quoddā vobiscū circūferatis, neq; tunicas binas, ne calciamēta quidē aut baculū. Satis armatus est hic, qui gladio sermonis Euāgelici fuerit accinctus. Nec est quod solliciti cògitetis, vnde nudis suppetēt necessaria? Vos modo curate munus delegatū, ista vltro suppetēt vobis à patre cœlesti. Illi9 agitis negociū. Nō sinet operarios fraudari mercede sua. In diē & secūdū naturā viuētibus, facile suppeditaf necessitas. Nec deerūt q spōte suppeditēt, talia patrātib9, ac talia docētib9. Ita fiet vt nec vos huiusmodi curis torqueamini, quę & minuāt autoritatē vestram, & suspicioni reddant obnoxios, nec ii, quos

docetis ingrati sunt erga eos, à quibus longe maiora accipiūt. Nec vos cuiquā eritis molesti exigendo, nec quisquā vobis imputabit suum beneficiū, quod tāto melioribus rebus commutauit verius quā dedit. Nec enim op⁹ est, vt diuertatis in diuersoria meritoria: sed in quācunq; ciuitatem, aut vicum ingressi fueritis primum inquirite, nūquis sit illic probitate vitæ cōmendatus, & auidus regni cœlestis. Cui mundus hic tedio sit, qui piis querimoniis subinde suspiret promissum Messyā, qui simplicitate vitæ, qui beneficentia in pauperes, maioris etiam profectus spem de se prębeat. Is enim futur⁹ est vobis idoneus hospes, & vos illi vicissim hospites gratissimi. Huiusmodi quū repertus erit, in eius ędes diuertite, non mutantes hospitium, donec Euangelii negociū hortabitur in aliam demigrare ciuitatē. Neq; enim opus erit, neq; decorum vobis subinde mutare hospitem, quasi vel leues sitis, vel appetentes mensæ lautioris. Quæuis domus quiuis victus sufficere debet viris Euangelicis. Sitis autem moribus cōmodis ac facilibus, vt nec fastuosi, nec adulantes videamini. Vbi domū eritis ingressi priores salutate, dicētes: Pax huic domui. Nō erit inanis vestra precatio: Etenim si domus fuerit digna hac precatione, statim & incōtāter eam recipiet. Sin auersabitur, nihil vobis peribit de salutatione vestra. Quod enim aspernantur illi, redibit ad vos. Atq; adeo nolim vos esse cuiquam suppli-

supplices, aut adulãtes, ob res necessarias, vt si qua domus vos grauetur excipere, aut si qua ciuitas vos grauet hospites, nec admittat vltro oblatã Euãgelicã salutẽ, velim vos relicta domo quã salutastis, relicturos & ciuitatẽ, quã intrastis, progressos in plateas etiã puluerem excutere de pedib9 vestris, palam testificãtes vos adeo nihil terreni cõmodi venari ab his qui reiiciunt Euãgeliũ dei, vt ne puluerẽ quidẽ vilissimũ qui pedibus hæsit velitis vobis imputari. Hic memẽtote non esse dandũ sanctũ canibus, neq; margaritas obiiciendas porcis. Tãtũ illud ingerite ingratis, velint, nolint, instare regnũ dei, magno bono eorũ, qui receperint: summo malo eorũ, qui fuerint aspernati. Viderint illi, qui reiiciũt sermonẽ Euãgelicũ, væ ciuitati illi, in qua nullus inuenieť quẽ suæ vitæ pœniteat, quiq; velit fieri melior. Illud affirmo vobis in die iudicii, miti9 agetur cũ regione Sodomorũ & Gomorræ, q̃ cum illa ciuitate, licet Israelitica. Quo maior est clemẽtia dei, tot miraculis, tot beneficiis prouocãtis illos ad pœnitentiam, hoc grauius punietur si reiecerint. Sed istos deo puniẽdos relinquite, vos aduersus omnes iniurias/seruate mãsuetudinẽ, & ita velitis omnibus prodesse bonis, vt nec a malis lacessiti/referatis iniuriã. Satis est vobis iis rebus instructos esse, quibus possitis de omnibus bene mereri. aduersus hominũ iniurias volo vos prorsus inermes esse, nec alio vincere presidio, quã tolerãtiæ,

Ecce ego mitto vos sicut oues.

lerātię. Poterā alioqui vos reddere formidabiles ac metuēdos, sed nō hoc expedit Euāgelio. Nec enim violētia violētiā, iniuria iniuriā, sữpbia superbiā extinguit, sed māsuetudo, lenitas, placabilitas. Scio pharisæos & homines huius mūdi presidiis feroces multa dira molituros in vos. Sed aduersus hęc omnia, nō alius obiiciēdus est clypeus, quā patiētia, nec est ꝙ metuatis, mittimini velut oues inermes, simplices, innoxii, in medium luporū: sed à me mittimini. Nolim vos quoq; malis illorū irritatos, verti in lupos, sed hoc modis omnibus agere, vt lupi vestra lenitate deliniti vertantur in oues. Nō est magnum vlcisci malos, sed illorū animos in bonum vertere, maximum est ac difficillimū. Proinde duo quædam copuletis oportet, serpētis prudentiam, cum columbę simplicitate: columbina simplicitas præstabit, vt de omnibus benemereri cupiētes, neminē lædatis, ne prouocati quidē. Serpētina prudētia, ne quā ansam illis prębeatis calūniandi doctrinā. Hoc est caput vestræ legationis, vt Euāgelium penetret in animos omnium. Nihil igitur à vobis cōmittēdū est, quod probabili specie possit cuiusq; animū ab Euangelica doctrina reddere alieniorē. Excitabit vestra doctrina magnos in orbe tumultus, quo magis cauēdū, ne quid vestra culpa natum videri possit. Non poterit autem, si vos gratis cōmunicantes omnibus bona vestra, erga malos etiam seruetis mansuetudinem ac beneme-

nemerēdi studium. Cum huiusmodi igitur hominib9 imò lupis verius, cautius est agēdum, & iam nunc animus aduersus omne malorū genus prēparādus, ne qd vos cōturbent, qnū inciderint. Futurū est enim olim, vt pertrahāt vos tāquā maleficos, in concilia sua, & in conciliabulis suis, quasi scelerosos flagris vos cædent, quinetiā vt rei publicæ subuersores producemini ad prēsides, ac reges: non ob vestra merita, sed mea tantū causa. Atq; hæc omnia quum prohibere liceat fieri patiar, vt omnibus testatū sit ac perspicuum illos suopte vitio perire, qui tot miraculis, q tot beneficiis, qui tā obuia doctrina, qui vestra simplicitate, lenitateq; prouocati, tam odiose reiecerint salutē oblatā. Quum igitur ad tam multos pauci, ad tam potentes infirmi & inermes, ad tam eruditos idiotę producemini, ne velitis esse solliciti, quomodo causam vestrā sitis acturi, iudiciorum, legum, foriq; rudes, & imperiti. Nolim hic quoq; vos ad ea cōfugere prēsidia, quib9 hominū vulgus in iudiciis solet vincere. Adhibent peritū & bene linguacē patronū, adulātur iudicibus, supplices se prouoluunt ad genua, fauores redimunt pecunia. Absint hæc à vobis. Tātum prodite vocati, iussi respōdete, ne merito vos arguant cōtumacię: sed respondete simpliciter ac fortiter: non oratione meditata, sed quę fortitudinem præ se ferat: cum prudētia modestiaq; cōiunctam. Vt vict9 vobis citra solicitudinē vestram vbiq; suppe-

Cauete autē ab hoīb9.

ſuppetet,ita ſuppeditabitur & oratio. Hanc anxie me ditari nõ eſt eius/qui totus pendet ab auxilio diuino. Etiam nihil premeditatis dabitur in tempore oratio, non ornata,ſed prudens & efficax, dignaq; Euãgelio. Non eſt humanũ negocium quod geritis ſed diuinũ: cuius vos non autores eſtis, ſed organa. Nec enim vos illic loquemini, ſed ſpiritus patris veſtri loquetur per ora veſtra. Huius igitur preſidio fretos, non oportet vllis malorum procellis cõmoueri. Tantis enim tumul tibus mũdus inſurget aduerſus doctrinã meam, vt fra ter oblitus germanæ charitatis, fratrẽ adacturus ſit in mortem: vt pater oblitus pietatis naturalis, filiũ accer ſat capitis: vt filius abiecta omni reuerentia, cooriatur aduerſus patrem, eũq; morte afficiat, à quibus initiũ vite ſumpſerat. Quid multis? Omnibus inuiſi redde/mini propter odiũ nominis mei. Non feret enim hic mundus ambitione, ſuperbia, auaricia, libidine, cæte/riſq; terrenis cupiditatib9 vndiq; corruptiſſimus, do ctrinã cœleſtem, nimirum aduerſantẽ ſtudiis ipſius. Et atrocius crimẽ erit eſſe Chriſtianũ, quã parricidã, aut veneficũ. Has turbas excitabit diabolus aduerſus Euã gelium meũ, ſed nolite diffidere: vincet diuina ſapiẽtia maliciã humanã: vos modo fortibus, & infractis ani/mis pertẽdite negociũ vobis delegatum. Nam qui in ter hæc mala perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Neq; enim oportet vllis terroribus fractos Euan gelii

Tradet autẽ fra/ ter fra/ trem.

gelii negocium relinquere. Nihil est omnino periculi, nisi vos deficiat animus Euangelio dignus. Sed vt vobis non est prouocāda malorum sæuicia, nec accersenda persequutio, nec viribus repugnādum, ita dum adhuc recens est Euangelii prędicatio, concedo vobis, vt fuga declinare periculum liceat, non solum vt vos sitis incolumes, verū etiā vt hac occasione latius spargatur rumor Euangelicæ doctrinæ. Proinde si quando vos impetent in hac ciuitate, date locum insanię, & fugite in aliam. Tantum abest, vt statim ad iniuriā persequutionis desistatis ab Euangelico negocio. Tantū hoc nunc agēdum est, vt per omnem palestinam spargatur Euangelii fama. Ad hoc etiam profuerit persequutor, si non sinet vos eodem in loco sedere diutius. Erit olim tempus, quum non erit fuga declināda persequutio. Nunc breue tempus est, & properandum. In proximo est enim regnum dei. Illud cōfirmo vobis, priusquā vos perābulaueritis omnes ciuitates Indęę, iam filius hominis se proferet, & aderit vobis periclitantibus. In hoc exemplum vobis ędetur, quanta tolleranda sint Euangelii pręconibus. Quæ quidem omnia, vel hoc nomine vobis debent tolerabiliora videri, quod me vidistis nullum nō probri & afflictionis esse perpessum. Non est discipulus potior suo magistro, nec seruus melior domino suo. Hoc abūde satis est discipulo, si magistro suo ęquetur: hoc debet suffi-

Nō est discipu lus supra magist.

cere

cere seruo, si cōtingant paria cum dño. Si me patrem familias tam indignis conuitiis affecerūt, vt spurcissimo conuitio Beelzebub appellarint, & filio dei nomē imposuerint impurissimi dæmonis: quid mirū si idē audebūt in seruos familiæ? Scio graue malum videri infamiam, ac morte propemodū acerbius, sed laus est, nō infamia, quæ ob Euangelium infertur ab impiis. Dicent vos esse magos, maleficos, seditiosos: sed hæc ignominia post vertetur in gloriam. Elucescet tandē orbi vestra synceritas, quam omnes laudibus vehent, execrātes eos qui vos falsa fœdarant infamia. Diu pressa laus, maiori cum luce solet erūpere. Nihil est tectū, quod tēpus non retegat: & nihil occultum, quod nō aliquando sciatur. Vos tantum hoc agite vt laude dignа geratis, nō vt laudē affectetis. Nō est igitur quur infamiæ metu deterreamini, quo minus libere prædicetis Euangelium regni. Nihil habet pudendū aut celandum, Imò etiam si quid à me auditis in tenebris, vos prædicate clara in luce: & si quid vobis dixerim in aurē, vos prædicate de tectis: nostra doctrina fucos nescit. Vult in lucem omniū proferri, neq; cuiusquam veretur cōscientiā. Sed erūt fortasse, qui cōtēnant infamiam, cæteraq; mala: mortē vero quis posset contemnere? Istos vero iure timeretis, si totū hominem possent occidere: vos autē qui nostis corpus vilissimā esse partem hominis: animā, quę potior est hominis portio,

Qđ dico vobis ī tenebris.

tio,nequaꝗ ab istis lædi posse quātūuis sæuiāt,nō est
qđ illos metuatis.Magis læderēt si nō occiderent, sibi
obsequētes,quàm si occidāt contēpti.Ostendā vobis
qui magis metuēdus : Eū metuite,qui vt totū hoīem
condidit,ita potest totū hoīem,æterno dānatū exitio
tradere gehēnę.Quanꝗ corp⁹ qđ ad tēpus extinguit
tyrānus,nō omnino perit,reddet̄ enim in resurrectio
ne lōge meli⁹,sed idem. Hacten⁹ igitur corpus dunta
xat periclitatur,si cōstāter obtēperātes iussis meis cō-
tingat occidi.Cæterū si iussis illorū obtēperantes de-
seratis Euangelii negociū, iam nō corpus solū perit,
quod etiā si nullus occidat, tamē cōmuni naturæ lege
moriatur oportet,verūetiā anima tradetur ęternis in-
cendiis. Quid autē refert,vtrū persequutor auferat vi
tam an morb⁹, aliusue casus? Certe gloriosius est, ob
Euangeliū mortē oppetere.Quæ quanquam est vio-
lenta,non tamen veniet ante diem. Quandocunq; ve
niet, non veniet absq; prouidentia diuina. Vnde fit,
vt si conemini vitare,non possitis.Non patietur deus
vos occidi, nisi quum maxime vobis expediet mori.
Quare hanc quoq; formidinem omnem ex animis
propellite.Deus hoc quoq; curabit,cui non esset dif-
ficile vobis immortalitatem largiri, nisi maius esset,
mortem contēnere quàm effugere. Quid vili⁹ passer
culis,quorum par emitur asse,nūmo minimo?Et tam
immensus est passerum vbiq; numerus. Et tamen ne

Nōne duo passeres assevenent.

vnus quidē ex illis perit in terra, nisi volūtate permis sucq; patris vestri. An igitur metuitis, ne vos, quos ex omnib9 delegit ad hoc negociū, passurus sit ante tempus interire, quos adeo nō negligit, vt etiā omnes capitis vestri pilos habeat numeratos. Quod si vos multo pluris estis patri, passerib9 innumeris, nō est quod metuatis, ne quid in vos possint homines secus quā illi visum est, qui vestri iugē agit curā. Huic igitur vitæ mortisq; vestræ curā relinquite, nec vllo metu malorū, quæ possunt homines hominib9 inferre, deterreamini à publica ꝓfessione mei nominis quālibet inuisi mūdo. Quisquis enim contēptis hominū probris, me dominū ac magistrū professus fuerit in hac vita, hūc & ego agnoscam famulū ac discipulū corā patre meo cœlesti. Cōtra quē mei puduerit apud homines, meq; negauerit, hūc & ego negaturus sum apud patrem meū qui est in cœlis. Nō est autem hæc delicata professio. Nō enim me profitetur, nisi qui vita quoq; declarat se credere dictis meis. Abnegauit autē qui sic viuit/vt quicquā anteponat mihi. Quid igit̄ lucri sit si quis hic metu falsæ ignominiæ/ quæ nec diuturna futura sit, nec prorsus ignominia sit, nisi apud ignaros ac stultos homines: quū apud deū vera sit gloria: perdat egregiam illā & æternā laudē apud patrē & angelos patris? Lucrū est ista negligere & omnib9 contēptis ad æternū properare præmiū. Hoc suo tēpore redde

reddetur pro meritis: interim bona præmii pars est,
bona cōscientia. Nō est diluta res nec facilis Euange
Nolitē arbitrari qa veni pacē mittere
lii professio. Præmia quidē ingentia, sed ad hæc perti
nacibus animi studiis grassandū est: non contingent
ociosis ac cessantib9. Violenta manu sunt asserēda. An
putatis/quod venerim vt in terris ferā pacē inter ho/
mines ? Lōge secus habet, Imò non veni vt ferā pacē
& concordiā, sed gladiū & bellum etiam intestinū ac
domesticū, non modo ciuile. Quū enim Euangelica
doctrina plærisq; sit inuisa futura, & hæc tam ardens
sui studiū requirat, vt oporteat omnes humanos affe
ctus quantūuis impotentes cedere: fieri non potest/
quin magna dissidia inter coniūctissimos etiam exo/
riantur, dum & ii qui mundū deamant/citius sæuiant
in sibi charissimos, quàm vitia quib9 assueuerunt, re
linquant: & quos semel attigit ardor Euangelicæ cha
ritatis, nullis affectib9 se patiētur auelli ab eo quod cœ
perūt amplecti. Sed fœlix dissidiū, quod syncera pro/
uehit, putria resecat: fœlix gladi9, qui noxias cupidita
tes omēs ab animo recidit. Hic tumultus mihi impu
tetur nō vobis, qui dato pharmaco, corpus omē per
turbarim: sed ita, vt qui belligerātur aduersus affect9
suos odio nominis mei, sibi debeant imputare nō mi
hi. Nam ipsis æmulari licebat quos persequūtur. Om
nibus offero salutem. Quam si amplectātur omnes,
nullum erit dissidium: per se quidem Euangelium res

N est

est pacifica, sed aliorũ vitio cõcitatur seditio. Vt pharmacum per se res est salutifera, sed interim in corpore mouet tumultum, dum consulit omniũ membrorũ trãquillitati. Verum expedit amputari noxia, quo magis inter puros constet vera sanctaq; concordia. Hũc igitur gladium desero in terram, qui dirimat concordiam inter filium & patrem: qui dissecet naturæ coniunctissimum vinculum inter filiam & matrem: qui distrahat concordiam inter socrum & nurum. Nullus est naturæ aut amicitiæ nexus tam tenax, quẽ hic gladius non queat dirumpere. Quos domestica consuetudo fecerat homini coniunctissimos, hos Euangelii gladius inimicitia subita diuellet. Sed hactenus constabit hoc bellum, vt qui stant à nobis, contemnant tantum hostes, nõn lædant autẽ, quod quidẽ in ipsis est, seruent etiam si queant. Et hactenus consistet contemptus, nõ vt fastidiant, sed vt modeste reddita ratione non obtemperent iussis impiis. Vobis danda est opera modis omnib⁹ ne per vos turbetur communis rei publicæ stat⁹, ne desitis officio, quod fili⁹ patri, quod filia matri, quod frater fratri, qđ maritus vxori, quod affinis affini, quod amicus amico, quod familiaris familiari debet ex lege naturæ. Non enim abrogo naturæ legem, sed perficio. Publicis magistratibus in omnibus obtemperandum est, nisi quũ præscribunt impia, vocant in ius, eundũ est: exigũt rationem, redden da

Qui amat patrẽ aut matrẽ.

da est.sin iubeant immolare simulacris, si imperēt cessare à prædicando nomine meo, nequaquam est obtemperandum. Nec sunt tamen conuiciis irritandi, sed sobrie reddenda est ratio, quur magis deceat obtemperare omniū principi deo, quàm humanę potestati. Aequū enim esse, vt præscripta dei, præscriptis hominum præponderent. Quod si præscribant iniqua, sed quæ nō faciant impios, si qui obtemperent tolerandi sunt, ne prouocati sæuiant. Quod genus sunt, si vestē aut pecuniam auferant præter ius, si coniiciant in carcerem, si flagris cædant. Hæc enim adeo non auferūt pietatem, vt per occasionem augeant, & illustrent virtutem Euangelicā. Itidē parenti, si quid opus est, etiā ethnico, & ab Euangelio alieno, pręstandū est officiū pietatis. Verū si parētis autoritas auocet ab Euāgelio, magis obtēperādū est pr̄i cœlesti, quàm terreno. Nec tamē pater est aspere spernēdus, sed blāde, reuerēterq; monēdus, ne repugnet deo. Ad hūc modū & cū cæteris agēdū, quib⁹ ex natura, moréue ciuili debem⁹ officiū humanitatis. Dicet aliqs, durū est huiusmodi affectus vincere, quos natura nobis penit⁹ inseuit. Sed tales requirit Euāgelii ꝓfessio, fortes ac masculos, quiq; nullis affectib⁹ dimoueanť à cœlesti negocio. Hāc viā me videbitis ingredi, eadē me sequatur oportet, qui se velit haberi in numero discipulorū meorū. Filius qui amat patrē aut matrē plusquam me, nō est me dign⁹.

Rursum pater qui filiũ, aut filiam amat plusquam me, non est me dignus. Amat autẽ plusquam me, si dum illi obsequitur, mea præcepta negligit. Impia pietas est, sic indulgere parentibꝰ hominibus, vt deũ parentem offendas. Et ne videatur esse nimium dei volũtatem præferre omnibꝰ humanis affectibus, quũ nihil sit homini vita charius, nisi quis hanc quoq; contemnat Euangelii gratia, & semper paratus ad omne mortis ac supplicii genꝰ: tollat crucẽ suam, & sequatur me quotidie, non est me præceptore dignus discipulus. Quemadmodũ enim preposterus amor parentis aut filii, odium est verius, quàm amor, quũ vtriq; sit noxius: ita præpostera cura seruandæ vitæ, verũ est exitium vitæ. Seruauit vitã qui bene perdidit. Perdidit, qui male seruauit. Qui deserto Euangelio, & abnegato me placauit iudicem, effugit carcerẽ, effugit crucẽ, euasit mortem quũ videatur hominibꝰ lucrifecisse vitam, vere iacturam vitæ facit. Rursus qui cõstãter adhærens Euangelio, fortiter sese periculis omnibus ac mortibꝰ obiicit, videtur hominibꝰ subire vitæ dispẽdium, quũ is demum vitam lucrifecerit. Nõ perit anima, quum ob Euangelii professionem, occiditur, sed in æternũ seruatur: vere perit, si breuem in corpore moram impietate depeciscitur, quanquã ne tum quidem viuit in corpore, quæ viuit inuisa deo. Nec est periculum ne si contingat, à parentibus, cognatis, affinibꝰ

Qui inuenit animam suã perdet illã.

Qui recipit vos, me recipit.

nibus & amicis destitui, non sint qui tectum ac victũ suppeditent. Dotes quib9 vos instituo, vestraq; syncer-itas, vobis vbiq; parabit domos, parentes, filios, cognatos, & amicos. Tot enim habebitis fratres ac filios, quot habebitis discipulos: vt nunquam defuturi sunt, qui vos aspernẽtur & persequantur, ita nusquam nõ erunt, qui vos syncero refocillent affectu. Atq; vt illos vobis nõ vlciscẽtibus, sed bene precantib9 olim grauissime puniet deus, qui se spretum interpretatur, quũ vos spernimini, ita his pro vobis, etiamsi nihil referatis gratiæ, mercedem amplissimam reponet. Non enim vobis sed sibi vult imputari deus, si quid officii fuerit in vos collatũ Euãgelii respectu. Quisquis em̃ vos recipit, me recipit, cuius nomine legatione fungimini, & qui me recipit, recipit patrem, à quo missus sum, & cuius ago negociũ. Is igitur vt diues est pariter ac benign9, pro quãlibet leui beneficio in vos collocato prẽmiũ amplissimũ remetietur, vt beneficium suũ in vos nõ insumpserint, sed fœnerauerint, & multo plus gratiæ debeat, qui dedit, quàm qui accepit. Siquidem ingẽs lucrũ est spirituales ac perpetuas opes, corporali temporarioq; beneficio cõmutasse. Qui recipit prophetam, non ob aliud, nisi quod propheta est, nisi quod à me missus/prædicat diuinam volũtatem, ac diuina promissa, is pphetæ mercedẽ accipiet, nimirũ factus & ipse propheta. Et qui iustum recipit,

nō quia cognat⁹ sit, aut ob aliū quempiā affectum humanū, sed hoc tātum nomine, ꝙ iustus sit, iuxta regulam Euāgelicā, iusti mercedē accipiet, nimirū fact⁹ & ipse iust⁹. An nō feliciter cōmutauit, qui cōmunicauit hospitiū, & lucrifecit innocētiā? Ab hoc lucro nec fortunę tenuitas quēquā arcebit. Hic enim affectus dātis ęstimatur in ratione pręmii, nō doni preciū. Imò qui vel aquę frigidæ poculū dederit, nō dicā mihi, sed vni cuilibet ex his minimis, tantū ob hoc, quod meus sit discipulus, pro certo dico vobis nō frustrabit̄ mercę de sua, fiet enim & ipse discipulus meus. Quis aūt vsq̧ adeo tenuis est, vt nō possit sitiēti porrigere aquā frigidā? Vt aūt nō refert, quātū sit, quod datur, sed quo affectu, cuiusue nomine detur, ita nō refert, quātus sit ille cui pręstatur officiū, hoc satis est, qđ est meus discipul⁹, vt mihi possit imputari ꝓ magno beneficio.

CAP. XI.

VBI mādatis huiusmodi Iesus suos discipulos ad prędicationē Euāgelicā instruxisset, relictis illis, quo semoti à pręceptore, sui periculū facerēt, reliquit montē, vt & ipse pro sua portione, p̄dicaret Euāgeliū in ciuitatib⁹ Iudæorū. Quūq̧ passim editis miraculis doctrinaq̧ mirabili indies magis ac magis increbresceret fama Iesu per vniuersam Iudeā, & in regionibus Iordani finitimis, vbi prius p̄dicarat Ioannes, ac baptizarat Iesum, discipuli Ioānis iādudū sub

inuidētes

inuidētes glorię Iesu, de quo nihil adhuc eximiū sen tiebāt, quū de Ioāne, nescio quid, homine maius suspi carētur, renūciarunt Ioāni in carcere, quātus esset suc cessus omniū, quę gerebātur per illū, quē paulo ante tinxerat in Iordane, cuiq; testimoniū prębuerat apud populū. Porrò Ioānes vir absolutę sanctimonię, gau dēs euenire iā, quod ipse prędixerat, suā opinionē, quę re maior erat, decrescere, Iesu famā indies inclarescere, sentiēsq; discipulorū suorū subinuidos affectus, vt illo rum infirmitati mederet, & ab se alienatos Iesu velut in manum traderet, misit duos ex illis delectos ad Ie sum, qui suis verbis hęc illi referrent: tu ne es ille Mes syas, qui dicebatur aduēturus, an non es, quē esse præ dixerā, & adhuc aliū expectamus? Hæc faciebat Ioan nes, nō quo ipse adhuc dubitaret, sed vt cōfirmaret suo rū animos, & immodicā de se suspicionē cū fide abo leret. Etenim si ipse negasset se Christū esse, & repetis set quod sępe iam dixerat Iesum esse Messyā, discipuli modestiæ tribuissent, & hoc magnificētius de illo sen sisset, quòd magis sese deiecisset. Sciebat autē Iesum ipsum meliꝰ huic imbecillitati medicaturū. Adeūt illi Iesum & renunciāt, quę mādarat Ioānes. Iesus autē nō igna rus, certius esse testimoniū, quod à factis proficiscitur quā à verbis, pręsertim si quis ipse sibi sit testis, nihil quidē respōdit primū, sed in illorum cōspectu multis æditis prodigiis, nouis & inauditis, sanans ægrotos,

profligãs impuros spiritus, restituens debiles, cęcorũ oculos aperiens, ait illis: Nihil opus est vt de me qui sim pronunciẽ. Tantum ite & renunciate Ioanni, quę vestris oculis vidistis, quę vestris auribus audistis. Caeci recipiunt visum, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, dęmoniaci liberantur, mortui reuiuiscunt, deniq; iuxta vaticiniũ Esaiæ, pauperes & humiles amplectuntur Iesum salutis æternę nunciũ, quẽ feroces & arrogantes aspernantur. Hęc inquã facta satis loquuntur qui sim. Beatus autem est, cuius animo successus tantus Euãgelii non præbuerit occasionem mali. Hoc adiecit Iesus, modeste subtaxans inuidiam discipulorum Ioãnis, sed sic vt nec apud turbam pudescerẽt, sed taciti secum agnoscerẽt vitium suum: temperato modis omnibus respõso, vt & ipse fugeret arrogãtiæ suspicionem, & maiorem fidem faceret discipulis, & illorum affectioni mederetur potius, q̃ traduceret. Illis igitur digressis, cõuersus ad turbã, ne quid suspicarentur de Ioanne, qđ illo parum esset dignum, existimantes eum hæc percontatum sibi dubitanti, ac nõ potius discipulorum imbecillitati sanandæ, cœpit amplissime Ioãnis laudes deprædicare, sic tamẽ vt illi Messyę laudem nõ ascribat, sed proximam duntaxat, & tamẽ pondus arroget illius de se testimonio. Expediebat enim vt populus q̃ optime sentiret de Ioanne qui tam præclare testificatus fuerat de Iesu, q; esset filius

lius dei, q̄ esset agnus, qui tolleret peccata mundi, qd̄ esset is, qui baptizaturꝰ esset igni & spiritu. Nec enim in talem virum cadebat suspicio vanitatis, quasi falso prius Christū prędicasset, aut inconstantię, quasi post mutatus, cœpisset de Christo dubitare: Necui, inquit, obrepat suspicio leuitatis de Ioanne. Alioqui si talis vi sus est vobis, qui leuium hominum more mutet sentē tiam, & quod prius affirmauit, post vocet in dubium: cuius spectaculi gratia/sic dudum confluebatis in desertum? An vt videretis arundinem agitari ventis? Talis enim fuisset si nunc à seipso dissentiret, suiq; dissimilis esset factus. Sed ab hac suspicione facile illū vindicat perpetua vitæ totius austeritas. Quid inquā visuri concurrebatis tum in desertum? Num hominem holosericis vestitum? Hoc spectaculum non conueniebat eremo. Siquidem qui vestiuntur lineis & holosericis, in palatiis regum sunt, quibus luxus vitæq; delitię conueniunt. Atq; inter hos locus est inconstantiæ, locus est adulationi, Qui locustis victitat & melle syluestri, qui pilis Cameli tegit̄, qui coreacea zona cingitur, in hunc nō cadit huiusmodi suspicio. Nec aulæ regię familiaritas potuit illius institutum vertere. Illū adulari nescisse/carcer arguit. Sed magnū aliquod spectaculum fuerit oportet, quod vos tam frequētes pertraxerit in desertū? Quid igitur veniebatis spectatū? Num prophetam aliquem? Nam ii solent fere in deser

Quid existis videre ī desertum.

tis

tis vitam agere. Hic certe nō estis frustrati spe vestra. Vidistis enim non solum prophetam, sed præstantius quiddā propheta. Hic est enim de quo vaticinatus est olim Malachias, ꝙ precursor esset Messyæ iam aduentantis, vt nō solum in longum illum oraculo promitteret, sed etiā de proximo digito posset ostendere. Vaticiniū sic habet: Ecce, inquit, mitto angelum meum ante conspectum tuum, qui tibi mox vēturo viā præparet. Illud vobis affirmo tantam esse Ioannis prestātiam, vt inter vniuersos, quos vlla fœmina ꝓduxit in lucem, nemo sit illo maior. Attamen is, qui nunc in Euāgelii predicatione à multis habetur minor, solus est illo maior. Neq; enim ille Messyam ambiguis vaticiniis promisit olim venturum, sed iam venientem ostendit, & regnum cœlorū iam adesse predicauit. Hactenus expectabatur doctrina cœlestis, quam patriarcharum typi, quā vatum oracula per ænigmata quedam promiserant. Nunc Ioannes sic excitauit animos multorum ad Euangelicę doctrinę studiū, vt ab exordio predicationis illius, vsq; ad hunc diem, ad hanc si dei violentia perrumpant / etiam peccatores & Ethnici, & nolentibus volentibus nobis vi diripiāt. Nolūt diutius excludi, nolunt diutius in vmbris & ęnigmatis vetustę legis detineri, sentientes adesse lucem Euangelicę veritatis, iamq; adesse rem, in superiorib9 libris adumbratam. Nec aliam prophetiam expectādam de

Messya

Messya venturo. Siquidem omnes typi, quibus lex de signarat Messyam venturum, omnia vaticinia prophetarum, quę promittebāt Messyam venturū, simulatq; venit Ioānes, desierūt rem futuram promittere. Stulte enim expectatur quod adest. Nihil superest nisi vt quđ iuxta vatū oracula, nunc pręsens offertur, ardentibus studiis rapiatͬ. Atq; vt plane videatis, posthac nō esse vobis alium prophetam, qui Messyam vobis annunciet aduenturū, Ioannes ille est, quem Malachias sub Helię nomine, quem victus ac vestitus austeritate, quē libertate in arguēdis regibus retulit, venturū esse prędixit, anteq̃ veniret Messyas. Hunc igitur si recipitis, credite iam adesse Messyam tot seculis expectatū, vidistis illius vitā, audistis testimoniū, auditis quid & ipse loquar vobis. Si cui sunt aures vt admittat veritatem, audiat. Si quis obturarit aures suas, sibi imputet exitiū suum. A nobis nihil omissum, quod ad mouēdos animos omnium facit. Et tamē video multos tam pertinaciter incredulos esse, vt nec austeritate Ioānis territi, nec mea ciuilitate, beneficentiaq; deliniti, recipiant, quod tot iam seculis ex fide prophetarū expectarūt. Qualem esse dicam hanc generationē? Aut qua similitudine possem illam adumbrare? Similis videtur pueris in foro sedētibus, qui sic vulgata cātione procul acclamant sodalibus suis: Tibiis cecinimus vobis lęta, nec saltastis, Lugubria cecinimus vobis, nec plāxistis.

Officia aūt prophete & lex.

Diuersis

Diuersis viis idem tentatum est à nobis. Neutra profectum est apud quosdam incredulos, ac morosos. Ioānes veluti lugubri cantu natione͂ hanc excitaturus ad pœnitētiam, prodiit, insignis austeritate vitæ, ieiunās, & abstinēs ab omnibus deliciis ciborum, abstemius, & aquę potor. Et sunt qui dicant dæmonium habet, tantum abest vt imitentur. Prodiit filius hominis, veluti tibiarum lætiore cantu, nationem hanc excitaturus, ad amorem cœlestis doctrinę, quoq; plures alliceret comitate sua, non abdit se in deserta, nec vtitur vestitu insigniter aspero, nec cibis insigniter austeris, sed omnibus semet accommodans, nec vllius aspernās cō sortium, vescitur quibuslibet, & bibit quod apponit: & rursum inueniunt, q͂ calumnientur, dicētes: Ecce homo vorax, ac vinolentus, amicus publicanorū, & peccatorum. Qui non cōmouentur austeritate, solent blā dimentis/& comitate vinci. At ista natio ad omnē occasionem fit deterior. Nullūq; remedium sibi non vertit in materiam maioris morbi. Sed quo pluribus modis prouocata est ad salutem, hoc omnibus erit euidē tius, eam suapte malicia perisse, ac dei sapientia, cuius hæc consilio geruntur omnia, iusticię laudē feret apud filios suos, quum viderint eos qui magni iustiq; videbantur apud homines, ob incredulitatem suam repulsos à regno cœlorum, contra peccatores, publicanos, meretrices, ethnicos, humiles, & abiectos, ob fidei prō ptitudinē

Et iusti ficata ē sapientia à filiis suis.

ptitudinem àdmissos ad salutẽ æternam. Hic Iesus vẽ
luti demiratus inuincibilem quorũdam maliciam, cœ
pit ad aliorũ terrorẽ exprobrare ciuitatibus, quę quũ
in his plura miracula ꝓdidisset, & homines sanasset, tã
multa docuisset, tamen ad pœnitẽtiam vitę prioris cõ
punctæ non sint. Væ, inquit, tibi Corozaim, væ tibi
Bethsaida, quia si ꝓdigia quę sunt in vobis ædita, visa
fuissent in Tyro, aut Sidone, quas ciuitates vos vt eth
nicas, & impias execramini, iamdudum compuncti in
cilicio, & cinere peccatorum suorum agerent pœnitẽ
tiam. Et interim vobis placetis, ꝙ Israelitici generis si
tis, ꝙ non immolatis idolis, ꝙ non tam palam ac licẽ
ter indulgetis luxui, ꝙ vnum deum colitis, ꝙ Abrahę
filii sitis, ꝙ legem & ꝓphetas habetis, imò nisi resipue
ritis, hæc omnia cedent vobis in cumulum damnatio
nis. Illud enĩ affirmo vobis, in die diuini iudicii, quũ
non ex opinione, sed ex merito quisq; æstimabitur
à deo, mitius agetur cum Tyro, & Sidone, quàm vo/
biscum. Leuius punientur, quia non perinde atq; vos
fuerunt ad pœnitẽtiam prouocatæ. Et tu Capernaum,
quæ nunc tibi placens in cœlum vsq; tollis animos,
tunc ad inferos vsq; detraheris. Tibi plaudis, tanquã
iusticię cultrici, & Sodomę cultores abominaris, qui
olim horrendo supplicio scelerum suorum dedere pœ
nas: In die iudicii & horum damnatio mitior erit, quã
tui. Nã si Sodomis ædita fuissent ea miracula, q̃ prodi
ta

Tunc
cœpit
expro
brare
ciuita
tibus.

ta sunt in te, pœnitentia placassent deum offensum, & ciuitates extarent in hodiernũ vsq; diem. Cum au tem essent ad Iesum reuersi à prædicatione discipuli, lætiq; retulissent illi negocium successisse, ille docens nos, deo tribuendũ, quicquid à nobis cum laude ge/ritur, sublatis in cœlũ oculis dixit. Gratias ago tibi pater, qui domin⁹ es cœli, ac terræ, cuiusq; sapientia re gũtur vniuersa, quod hanc cœlestem philosophiã cœ lasti sapientiæ prudentiæq; mũdanæ persuasione tur gidos elatosq;, & eam aperuisti pusillis, humilibus, & iuxta mũdi æstimationem stultis. Profecto sic est pa ter, quia sic visum est tuæ benignitati, quo doceres ti bi non placere feroces, & suæ iusticiæ/suæq; pruden/tiæ fidentes, & eos esse magnos apud te, ob simplici/tatem fidei, quos mũdus habet pro stultis, & abiectis. Sic placitum tuo diuino consilio, damnare sapientiam humanam, & per humilitatem Euangelicæ doctrinæ, bonos ad te pertrahere. Ac mox versus ad circumstã tes: Horum, inquit, omniũ bonorum pater est autor, à quo mihi tradita sunt omnia. Illum meq; nosse ve ra fœlicitas est. Sed non insinuat sese, nisi placidis ac modestis animis. Hęc arcana quędã est, & mundo in/cognita philosophia. Nemo nouit filium nisi pater, nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius pa tefacere, non patefacit autem superbis/ & elatis. Nihil agit doctrina, nihil agũt miracula, nisi secretus accesse

Cõfite or tibi pater.

rit

rit afflatus. Sed hoc non dignamur nisi eos, qui prorsus diffisi suis præsidiis, totos sese credunt bonitati diuinæ. Qui sibi videntur sapientes, indigni sunt hac sapientia. Qui sibi videntur diuites, non admittũtur ad has opes, qui sibi videntur nobiles ac potentes, non recipiũtur ad hæc adyta. Qui sibi videntur iusti, non sunt capaces iusticiæ diuinæ. Hic Iesus animo cõtẽplans quãta esset generis humani calamitas, alios premi paupertate, rursus alios grauius etiam distorqueri cura diuitiarum: Alios affligi morbis, alios senio, hos discruciari amore, illos etiam grauius odio torqueri, multos variis falsarũ opinionũ inerrare labyrinthis, plærosq; scelerum conscientia nũquam nõ intus affligi: nec esse qui pastorem ageret fidum & efficacem, quũ essent innumeri, qui fastu gererẽt sacerdotes, qui Rabbi nomine se venditarent, qui decimas exigerent, misericordia cõmotus inuitat omnes ad se, omnib9 solatiũ ac remediũ pollicens vltro, si modo simplici synceroq; pectore sese adeant, & excusso iugo mũdi lõge miserrimo, molestissimoq;, iugũ Euãgelicæ doctrinæ recipiãt: Venite, inquit, ad me, quotquot, afflictiõib9, curis, aut vitiorũ cõscĩetia laboratis, quotquot malorũ sarcina degrauamini. Ego vos refocillabo, ego aduersus omne malorũ gen9 impartiã solatiũ. Nec opes, nec honores, nec voluptates hui9 mũdi prẽstãt verã animi trãquillitatẽ, nec philosophia mũdi hui9, nec pharisæorũ

Venite ad me oẽs qui laboratis.

rũ religio, liberat à molestis curis. Habet mũd⁹ suũ iu gũ, prima specie blandũ, sed reuera molestũ & asperũ. Illud in primis excutite, ad me currite, lubentes, & ala cres iugo meo colla vestra submittite. Ex me discite, quæ res sola vereq; tranquillet animũ, & quo fonte nascatur totus iste mortaliũ tumultus. Nimirũ hic est elatus ac ferox anim⁹, sibi fidens, deo parum fidens. Hinc scatet ambitio, studium pecuniæ, vindictæ libi- do, simultas, liuor, bella, seditiones, impietates in deũ, quib⁹ reb⁹ quid esse potest tumultuosi⁹, aut quid tur bulenti⁹? Quod si vultis semel ab omnibus malis li berari, fontẽ tollite, accipite doctrinam meã, imitemi ni vitam meã. Discite ex me quod mitis sum, & corde minime elato. Quid possim miraculis declaraui, & ta men nec opes, nec honorẽ affecto, neq; quicquã om nino ambio, quod apud mundũ magnũ ac præclarũ videtur. Neminẽ quãuis humilem aut peccatorẽ fasti- dio. Nõ regero conuicia, nõ reprecor male precãtib⁹, non referio ferientem. Totus ex patris nutu pendeo. Il le pœnas exiget ab improbis: ille præmia reponet be nefactis: illi cedo totam gloriã: illi cõmitto omnẽ sol licitudinem. Ego simpliciter illius volũtati per omnia morem gerens, quod in me est, studeo benemereri de omnib⁹, nocere nemini. Hoc solũ si à me didiceritis, sentietis considere miseros istos tumultus, quib⁹ nũc sine fine iactamini, parietisq; quietem, & trãquillitatẽ

aĩs

animis vestris,quæ vos etiam in mediis malorũ cir/ cumfrementũ procellis comitabitur.Mitis ac mansue tus animus,fons est omnis trãquillitatis humanæ.Tã tum fidentes colla submittite. Nõ est quod metuatis iugum meũ. Durum & graue videtur incredulis,sed iis,qui toto pectore fidunt bonitati diuinæ,qui con/ ceperũt ignem charitatis Euangelicæ,molle & cõmo dum est iugum meũ,leuis est sarcina mea. Siquidem il lud reddit suaue certa spes præmiorũ,hanc leuem effi cit/amor ineffabilis in deum. Quid autem nõ dulce amanti, si mens bene sibi conscia, & omni sollicitu/ dine vacans:Si certa fiducia de præmiis æternæ vitæ: qd exorietᵣ,qđ talẽ animũ conturbet, aut cõmoueat?

CAP. XII.

QVODAM autem die, quũ Iesus iter faceret per segetes,ac discipuli,stimulãte fame præce/ dẽtes dominũ,vellerent spicas,ac manibus cõfricãtes ederent grana: Pharisæi captantes vndiq; calũniandi materiam,dixerũt illi: Nõ vides quid faciant discipu li tui? violãtes sabbatum? Quur igitur illos nõ pro hibes,facientes sabbato,quod facere fas non est. Hic Iesus ita patrocinatᵘ est discipulis suis, vt tamẽ ipsum non possent criminari,velut autorẽ violandi sabbati: simulq; docet constitutiones huiusmodi cessare debe re,quoties necessitas,aut insignis quędam vtilitas inci derit.Sabbatũ enim,& ieiunia,similiaq; nõ esse institu

ta in perniciem hominis, sed in salutem. Pharisæis igitur legisperitis, exēplū obiecit ex lege, nō cuiuslibet hominis, sed eius, quē ipsi habebāt in primis probatū & inculpatum. Quid, inquit, calūniamini discipulos meos, quod re parabili succurrūt fami? An nō legistis Dauid sanctissimū necessitate adactū maius quiddam ausum esse, qui quū fugiens Saulem venisset in vrbem Nobe, comedit panes sacros, quos propositionis vocant, nec ipse tātum sed & comites illius ac famuli. Nefas est ex his panibus cuiquā vesci, præterquam sacerdotibus, ac leuitis: Sed quū fame periclitaretur, nec sacerdos veritus hos illi prodere, nec Dauid veritus veluti prophanos attingere vesciq;: Si probatis quod fecit Abimelech sacerdos, si nō damnatis quod fecit propheta Dauid, quur meos ob rem multo leuiorem calūniamini? Quātulum enim est hoc operis, spicas obuias vellere, & granis confrictu palmarū erutis vesci? Quid quod ipsa lex alicubi iubet violari sabbatum. Siquidem sacerdotes in templo, dum in sabbato iugulant pecudes, & lanienam quandam exercent, dum congerunt struem lignorum, dum incendunt, dum detrahunt pellem, dum secant, dum coquūt, nōne prophanant sabbatum? Lex nō sinit quicquam operis fieri, & has operas tam sordidas, sacerdotes sacri in loco sacro exercent in sabbato. Hæc scitis fieri, & probatis hoc nomine, quod ad vsum templi faciant.

Si

Si tanta est autoritas templi, vt quod operis illi impẽditur, non violet sabbatum, illud dico vobis hic esse maiorẽ templo. Huic qui ministrant eos magis oportebat esse excusatos à violati sabbati crimine. Si non prophanant sabbatũ, qui laborãt in sacrificiis Mosaicis, multo magis excusandi sunt, qui seruiũt Euangelio, qua nõ alia victima deo gratior. Qui sabbatũ instituit, idem potest & sabbatũ tollere, & qui sabbatũ instituit, hõis gratia instituit, nõ contra sabbati causa cõdidit hominẽ. Aequũ est igitur vt obseruatio sabbati cedat hominũ vtilitati, nõ vt homo sabbati causa pereat. Si tantũ tribuitur sacrificio, vt qui illi seruit, impune violet sabbatũ, quur nõ & illũ habetis excusatum, qui necessario beneficio subleuat proximũ in sabbato? Quãdoquidẽ hoc sacrificiũ deus sibi fatetẽ esse pluris, quàm si quis immolet pecudẽ. Ait enĩ, misericordiã volo & nõ sacrificiũ. Vos legisperitiã profitemini, & tamẽ hoc in lege scriptũ est, qđ si vere intelligeretis, nunq̃ ob rem leuẽ, & nulli noxiã, culpassetis inculpabiles. Sũt enĩ quædã instituta, nõ qđ per se bona sint aut mala, sed qđ aliquo modo cõducãt ad pietatẽ, nec tam pręstãt sanctimoniã, quàm significãt, qđ genus sunt, cibi gen9, vestis color, aut forma, materiaue, [illegible], [illegible]. Harũ rerum nõ oportet adeo superstitiose tenaces esse, vt ob has quis vel omittat quæ per se, semperq; bona sunt, aut faciat quæ p se sem

Dñs est filius hõis & sabbati

perq; sunt mala. Adulterium, homicidiū, obtrectatio, liuor, nullo non die mala sunt, ac nefaria. Et tamē qui Pharisaica religione sunt, minus abhorrent ab his, quàm à violando sabbato. Subuenire proximo egenti nullo nō die pium & sanctum est: & tamē pharisæi sabbati seruādi prętextu patiebātur affligi proximū. Hāc superstitionem perniciosissimam Iesus Christus studuit penitus ex animis suorꝝ eximere. Proinde quo magis perspicuo exēplo idem inculcaret animis omnium: Digressus hoc loco, reuersus est in Synagogā eorum, habiturus eos testes, quos sciebat huic morbo potissimū obnoxios. Et ecce statim illic sese offert occasio miraculi: aderat enim in turba quidam dexterā habens mācam & arefactam. Porrò pharisæi venātes honestam ansam accusandi Iesum, obseruabant eum an sanaturus esset hominem in sabbato, qui paulo ante fuerat apostolis patrocinatꝰ in crimine sabbati violati. Iesus autem volens oīibus palam facere, calumniam illorū nō ex religione proficisci, sed ex inuidia: Iussit hominē cui manus erat manca/ prodire in medium, quo vitiū esset omnibus conspicuū, & vel misericordia cōmouerentur erga calamitosum, qui membrum omniū maxime necessariū pauperi, mortuū & inutile circūferebat. At priusquam sanaret hominem, nō inscius quid cogitarēt pharisęi, percōtatus est eos, dicēs: Vtrū fas est sabbatis sanare hominē. Et vtrū tolerabi

Et transiēs īde venit in synago.

lerabili⁹ est apud vos benefacere homini,an male, ser uare hominē,an perdere? Perdit enim qui quū serua re possit,nō seruat. At illi simul obticuerūt ne vel cru deles viderētur populo, si nefas esse pronūciassent ho mini calamitoso subuenire sabbatis: vel ansam perde rent accusandi, si respōdissent licere. Tacētibus autē il lis, Iesus ipse collato exemplo soluebat nodū quæstio nis. Quis inquit,inter vos reperiet tam religiosus ob seruator sabbati, vt si cōtingat vnā ex ouib⁹ suis sab/ bato delapsam in foueam periclitari, nō protinus ad moueat illi manum vt extrahat eam? Si tantum apud vos valet auaritia vt malitis violare sabbatū quā vnā pecudem interire rebus vestris, quanto magis hoc de bet impetrare charitas/vt proximū, qui longe melior est oue, subleuetis die sabbati? Palam est igitur etiam vobis iudicib⁹ fas esse beneficio iuuare proximū sab bato. Cæterum quū Iesus ne his quidem verbis senti ret illorū inuidiam mitescere, nec hominis miserandi conspectu, nec ratione tam euidenti cōmoueri, circum ferens oculos suos, indignabūdus, & indolescens de tanta cæcitate cordis illorū: Versus ad eum qui manū habebat aridam & contractam. Protēde inquit, manū tuam. simulq; cum dicto, protendit manū sanā & agi lem, nō minus quàm erat altera. Hoc tam insigni fa/ cto, in rabiem acti pharisęi, quū viderent hanc ansam sibi ereptam accusandi Iesum digressi à Synagoga, re

Exeuntes autē Pharisæi.

O 3 lictaq;

lictaq; turba, quã intelligebãt esse propensiore studio in Iesum, cum Herodianis, qui & ipsi cõmerciũ habebant cũ discipulis Ioãnis, subinuidẽtibus gloriæ Iesu, clam iniere cõsilium, qua via Iesum tollerẽt è medio. Iam aderat homicidii volũtas, nec quicq̃ deerat p̃ter occasionẽ idoneã. Iesus autẽ nõ ignarus quid molirentur, subduxit sese ab eo loco, ne furẽtib⁹ ansam aliquã dedisse videref ad extrema veniẽdi. Poterat illos odio se retundere: poterat miraculis obruere: poterat & perdere: sed ostendere volens Euãgelicã mansuetudinem cessit illorum furori, si forte mitescerent aut resipiscerent: & hacten⁹ illis cessit vt nihilo secius aliis in locis turbis confertis sese comitãtibus, impartiret doctrinã cœlestẽ, & quotquot offerebantur ægroti, aut alioqui calamitosi sanaret. Nõdum enim venerat temp⁹ illius, nondum satis erat proditum Euangelium. Cessit igitur non vti sibi consuleret, sed vt illis subtraheret occasionem impii facinoris: simulq; moneret Euangelicam philosophiam non terroribus, non conuiciis, aut cotentionibus esse defendendam aduersus rebelles, sed mansuetudine. Præcepit igitur turbis affectantibus, ne se facerent palam, & latius increbrescẽte rumore, pharisæi magis ac magis accenderentur. Neq; enim hoc casu factum est, sed ita futurum iam olim prædictum erat per prophetã Esaiam. Apud quem pater filii sui victoriam mansuetudine partam, ac salutem Euangelicam

cam, ob satis omnibus spectatam Iudæorum pertinaciam ad gentes delatam describit his verbis: Ecce inquit, filius meus, quem præ cæteris elegi, ecce dilectus meus in quo sibi complacuit anima mea, impartiam illi spiritum meum mansuetum/ac lenem, & huius instinctu iudiciū annunciabit, non solum Israelitico populo, verumetiam omnibus gentibus. Non hoc aget per tumultum, aut vim. Non enim litigabit, neq; voci ferabitur aduersus contentiosos. Neq; quisquā audiet vocem illius in plateis, quod solent qui lingua belligerantur. Dabit locū inuincibili maliciæ: sed omnes conabitur ad salutem adducere. Nec malis dabit occasionē immedicabilis exitii, sed seruabit omnes, si qua forte se vertant ad meliora. Non aspernabitur imbecilles, non aspernabitur infirmos, in quibus erit aliquid bonæ spei reliquū: hos fouebit potius quam opprimet. Arundinem quassatam non confringet, & linū fumigans nō extinguet donec progressu tēporis per se vincat veritas, eoq; sua culpa proruperit vesania impiorū, vt omnes intelligāt illos merito repulsos & abiectos. Tunc gentes amplectentur illius doctrinam à Iudæis spretam, & in eo collocabūt spem suam, cui Iudæi fidere recusarunt. Euenit interim vt inter multos quos sanabat, offerrēt Iesu quēdam obnoxium noxio dæmoni, quod misero simul oculos & linguā ademerat. Iesus imperauit vt abiret dæmoniū, abiit, & ilico to-

Tunc oblat⁹ ē ei dęmoniū habens.

tus restitutus est ille ter miser, sic vt & videret & loque retur. Ad rem tam arduã stupescebat multitudo iãq; suspicãtes illum esse Messyam, loquebantur inter sese: Num hic est ille filius Dauid, quẽ promittũt prophetæ? Hanc populi vocem quum audissent Pharisæi Iesum quidem ipsum non aggrediuntur, à quo semper discedebãt inferiores: sed multitudinis animos conantur ab illius admiratione diuertere. Nõ potest inquiũt, hic esse filius ille Dauid, queadmodum vos suspicamini, siquidem ille veniet suffultus potestate diuina. Hic non eiicit dæmones pręsidio dei, quum sit impius & sabbatorum violator, vorax, ac vinosus, & sodalis publicanorũ: sed pręsidio Beelzebub principis dæmoniorum. Iesus autem tametsi vocem illorum nõ audierat, tamen sciens quid & cogitarent, & apud alios loq̃rentur, conuersus ad Pharisæos sic tẽperat responsum suum, vt illorum insanum conuiciũ manifestissima ratione refellat: nec tamen in illos regerat contumeliam, sed potius amanter inuitat ad salutem amplectendam: Omne regnum, inquit, intestino dissidio diuisum, intereat oportet. Et omnis domus intestina discordia secum pugnans, concidat oportet. Quod si satanas satanam, & dęmõ dęmonem expellit, quomodo durabit regnum illius? Quomodo autem consentaneũ est, vt quum omnes dęmones sint hostes hominũ, nec aliud sitiant quã illorum exitium, quorum saluti misere inuidẽt,

uident, nunc adeo faueant eorum saluti, vt hac de cau-
sa dæmõ pugnet cum dęmone? Iã si ego virtute pręsi
dioq; Beelzebub eiicio dęmonia, isti mei discipuli fi-
lii vestri quos agnoscitis cuius pręsidio dęmones eii-
ciunt? Eiiciunt enim & illi, nec illos interim calũniami
ni, me vnum calumniamini. Et tamen illi vt eiiciant à
me potestatem habent. Itaq; fieri nõ potest, vt illi vir
tute dei profligẽt dæmonia, ego pręsidio Beelzebub,
quum isti per meum nomẽ id faciant. Et ideo possunt
homines idiotæ tanta, quia simpliciter credunt me vir
tute dei profligare dæmonia. Proinde horum pia cre
dulitas, vestram dãnabit incredulitatem, qui calumnia
ri mauultis, quũ liceat imitari. Quod si res ipsa clami-
tet, me non pręsidio dæmonis, sed virtute dei, pellere
dæmones dubitare non debetis amplius, quin aduene
rit ille filius Dauid, & regnum dei, quum videatis ad
inuocationem mei nominis factam ab iis qui profitẽ
tur Euangelium, euanescere vires aduersariorũ? Vt igi Aut q́-
tur dęmonũ inter ipsos est concordia ad perdendum mõ po
omnes, ita mihi, qui in hoc veni vt seruem omnes, cũ test q́s-
illorum cohorte nulla est concordia, sed capitale dissi- quam.
dium. Hactenus Beelzebub tyrannidẽ exercuit in ho
mines peccatis obnoxios, malisq; cupiditatibus addi
ctos. Ego sublatis hominũ peccatis, Beelzebub prin-
cipem cum suo satellitio protero, & quos ille per iniu
stitiam possidebat, per innocentiam deo vindico. Viri
bus,

bus, nō pacto res geritur. Sentiūt illi & fatētur adesse potestatē cui cogātur cedere. Alioqui qui fieri potest, vt aliquis ingrediatur arcē viri potentis, ac supellectilem illius diripiat, nisi prius potentē dominū superatum coniecerit in vincula. Tum vero coercito eo, qui poterat obsistere populabitur domum vniuersam, ac velut prædā auferet. Mundus domus est Beelzebub. In hoc quoniā totus seruiebat ambitioni, luxui, libidini, auariciæ, iræ, liuori, cęterisq; cupiditatib9 noxiis, per quas ille potens est, regnum quoddam sibi vindicabat. Ego vt vir fortior ingressus sum illius regnū, eoq; superato quod ille iniuste possidebat, vero principi assero, Nihil igitur inter nos cōuenit. Diuersi principes sunt, diuersa regna, nullo fœdere cōciliāda. Qui vult inseri regno dei, à regno Beelzebub se subducat oportet, cūq; illo belligeretur in castris meis. Nemo potest cum deo pacem habere, nisi bellum habeat cū diabolo. Ego dei partes sequor, non Beelzebub. Proinde qui nō est in castris meis, is hostis & aduersarius est meus. Et qui me non adiuuat in colligendo, is aduersatur dispergendo. Videte vt meliori parti vos adiungatis: cōsultius est in regno dei salutem assequi, q̄ in regno diaboli mortem ęternam accersere. Desinite seruire peccatis, & nullū ius in vos habebit diabolus. Ab illo transfugas recipiet deus in regni sui cōsortiū, nec pœnitētibus, ac resipiscētib9 imputabit vitę superioris

Qui non est mecum contra me est.

rioris cõmissa qualibet enormia. Tantũ ne quis excæcatus inuidia, maliciaq; peruersus, aduersus suã ipsius cõsciẽtiã aduersetur gloriæ dei, & quum oculis cernat virtutem diuinã manifestis signis & prodigiis sese mũdo pdere, tribuat ea spiritui Beelzebub. Proinde illud affirmo vobis, quicquid cõmissum fuerit facto dicto/ue, cõdonabitur hominib9, modo resipiscãt. Facile cõdonat deus, quod aliquo pacto veniale facit humanæ naturæ infirmitas. Cæterũ si quis cõuiciũ dixerit in spiritum dei, cuius manifestã vim videt ex ipsis factis, is vix inueniet veniam. Et quisquis cõuiciũ dixerit in filiũ hominis, quẽ ob infirmitatẽ carnis contẽnit, condonabit illi, quod error & ignorãtia mixta facinori, excludit peruersam ac destinatã maliciã. At qui conuiciũ dixerit in spiritũsanctũ, vix nãciscetur veniam, vel in hoc seculo vel in futuro. Hoc autẽ dixit Iesus, deterrens pharisæos ab obstinata peruersitate: quod quum cernerent & intelligerent ea quæ gerebat, non posse geri nisi per spiritũ ac virtutẽ dei, tamẽ inuidia moti repugnabãt gloriç dei, & illius miracula maluerũt ascribere Beelzebub, cuius spiritũ dicebãt in Christo vim suã exerere. Quin iuxta cõmunẽ etiã sensum ẽ fructu dignoscatur arbor, quur vos arborem calumniamini quum fructũ nõ approbare non possitis: Miracula quę facio, sublenãt miserias hominũ, neminem lædunt, nec adhibentur ad inanem ostentationem, aut

Omne pctũm & blasphemiã

Aut facite arborem bonam & fructũ eius bonũ.

quęstũ:

quæstũ:sed ad beneficentiã & opitulationẽ. Hoc esse bonum nemo potest inficias ire, gratis benemereri de afflictis. Quur igitur quod per se bonum est, dicitis à Beelzebub proficisci, qui vestro quoq; iudicio tot⁹ malus est? Si vultis latere cæcitatem animi vestri, consistentia loquamini oportet, nunc ne cohærent quidem iuxta cõmunẽ hominum sensum quæ dicitis: Aut igitur facite arborem bonam, & fructum eius bonũ, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Aut fateamini me spiritu bono agi, qui fateamini opera mea esse bona. Aut opera dicite mala, vt probabile fiat qđ dicitis, me spiritum habere mali Beelzebub. Quod si facta mea talia sunt, vt non possitis nõ fateri bona, nolite quę bona sunt, autori malo tribuere. Progenies viperarũ ex malis maioribus orti mali. Ex vobis ipsis coniecturam facite: Nonne vos quales estis, talia loquimini: & opera vestra declarant quem habeatis spiritũ? Inuidentes gloriæ dei, calumniamini spiritũ illius, vnde fructus isti tam pestilentes nisi ex mala arbore? Vt enim fieri nõ potest vt arbor agrestis fruct⁹ ędat mites, vt arbor venenati succi poma ferat salubria: ita qui vos potestis bene loqui cũ sitis mali? Vt enim ex succo radicis fructus trahit saporem, ita ex eo quod recõditũ est in corde, nascitur oratio. Vt bonus homo de bono thesauro cordis profert bona: ita malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quorũ cor

oppleuit

oppleuit pietas, oppleuit charitas, verba loquitur resipientia quod est in corde. Quorum cor oppleuit inuidia, superbia, & auaricia, talem ædunt orationem, quæ reddat ore cordis affectum. Non solum è factis verum etiam ex verbis apud deum æstimabuntur homines. Mala cogitatio soli cogitanti pestifera est, at oratio mala cordis venenum transfundit in multos. Cohercēda est itaq; lingua non solum à blasphemiis insanis, à cōuiciis & iurgiis: sed ab omnibus prorsus quę nullā ad ferunt vtilitatē honestam. Imò dico vobis, nō solum pro turpiloquio, sed etiam pro quouis verbo superuacaneo friuolo & inutili, quod dixerint homines reddituri sunt rationē in die iudicii. Et eñ illic verba quoq; pro factis imputabuntur, ex verbis tuis aut iustus pronūciaberis, si bona prodierint ex bono corde, aut vt iniustus condēnaberis, si mala ex malo corde prodierint. Et hic agnoscite perfectā iustitiam regni cœlorū, superantē legis Mosaicæ iustitiā. Siquidem illa nō punit manifestam blasphemiā in deum. Hic punietur & cōuicium in proximū, nec solum perniciosum dictū, verūetiā ociosum & inane. Onus enim arboris est nō fructus qui nulli est vsui, & hoc ipso noxi9 est, quia sine fructu audientis tumpus & aures occupat, quum in hoc data sit lingua, vt ea prosimus nobis & proximo, vt hoc organo celebremus gloriā dei. His auditis scribæ quidam & pharisæi, dissimulato animi furore, blādioribus

Quo niā oē ꝟbū ociosum qđ loquuti fuerint hoīes.

Tūc re sponde runt ei.

dioribus verbis aggrediuntur Iesum, veluti iam illi crediturí, si in gratiam suā miraculū aliquod æderet, ipsis, seq; dignū: qui sibi vindicaret spiritum dei: & qui semper haberet in ore patrem cœlestē. Magister, inquiunt, nos qui plæbei non sumus, sed eruditi, cupimus ex te videre signum aliquod eximium è cœlo proficiscens, quod te declarat deo charum esse, teq; quod facis, illius virtute facere. At Iesus sciens subdolam illorū cogitationem, & obstinatam maliciam, qui non in aliud poscerent signum, nisi vt hinc quoq; nouam calūniandi sumerent occasionem presertim quū facilius sit calūniari quę de cœlo ostendūtur, quàm ea quæ coram cernūtur oculis, audiūtur auribus, tangūtur manibus: Non ferens tantam peruersitatem, respōdit velut auersus ab illis, & apud semet indignans: O nationem inquit, malam & adulterinam: quæ se gloriatur habere patrem deum, quæ se iactat de progenitore Abraham, quū eos potius referat, qui derelicto deo coluerūt vitulum aureum, qui seditionem mouerunt aduersus Moysen, qui obmurmurauerūt in deserto, qui prophetas occiderūt, quū se declaret patrē habere Beelzebub, cuius spiritu plena, rebellat aduersus spiritum dei. Sed non dabitur ei signum de cœlo, quod calumnietur, & quo est indigna, quū tota terræ sit affixa: sed aliquādo dabitur ei signū è terra quo cō uincatur, & si cōuerti nolit, pereat. Admirat Ionę prophetæ

phetę miraculũ, qui abſorptus à belua maris, poſt tri duũ redditus eſt viuꝰ. Hoc & illis ſat erit ſigni, ſi quẽ ſua malicia occiderũt, videant virtute diuina reuiuiſce re. Hoc miraculũ illis propediẽ exhibebitur calũnia-toris. Quemadmodũ enim Ionas vltro ſe in mortem tradidit, & exceptus eſt à belua marina, fuitq; in ven-tre illiꝰ tribus diebꝰ, & tribꝰ noctibus, mox deſpera-tus ab omnibꝰ auxilio dei redditus eſt viuꝰ: Ita filius hominis triduo ac trinoctio futurꝰ eſt mortuꝰ in cor de terræ. Hoc ænigmate Ieſus indicabat mortẽ ac ſe-pulturã ſuã, ac mox reſurrectionẽ à mortuis. Ac ſubie cit qđ Niniuitis fuit Ionas, hoc ego ſum vobis. Ille denũciauit illis ĩminere vindictã diuinã & excidiũ vr bis, ni reſipiſcerẽt: ego idẽ vobis omĩbꝰ denũcio. Sed Niniuitæ q̃s prę vobis, vt ethnicos & idololatras cõ tẽnitis, ſurgẽt in iudicio diuino, voſq; declarabũt me rito dãnatos, ſi ad ipſos conferamini. Siquidẽ illi q̃q̃ erãt ſceleroſi, tamẽ ad ꝓphetæ minas expauefacti deie cerũt ſeſe ad pœnitẽtiã. Et ecce hic eſt Iona maior, qui vobis fruſtra prædicat. Niniuitæ gens erat à dei cultu aliena, Ionas ignotꝰ & humilis ad eos venit. Nullꝰ illũ cõmẽdarat, aut aduentũ illiꝰ prædixerat, nulla ædebat miracula, neminẽ beneficio ſibi conciliabat, nihil ma gni ꝓmittebat. Tãtũ cõminabatur exitiũ, neq; diutiꝰ quã triduo prædicabat. Ego ꝓmiſſus ꝓphetarũ ora-culis, toties cõmendatus teſtimonio Ioãnis, teſtimo-

nio

nio patris, ciuis, & ex iisdem ortus maioribus quibus vos gloriamini: Tãto iam tẽpore doceo vos, tot miraculis testificor nõ esse vanam doctrinã, tam multos gratuitis beneficiis meis adiuui, & non intono sæuas minas, sed vltro polliceor remissionẽ omniũ peccatorum, offero regni cœlestis æternam fœlicitatem, & dicor habere spiritum Beelzebub, appetor capitalibus insidiis, tantũ abest, vt flectamini ad pœnitẽtiã. Quin & regina Saba/ exorietur in iudicio, in probrũ & cõdemnationẽ huius generationis, quod ad rumorem ẽ lõginquo allatum, relicto regno patriaq; sua, tam longo itinere profecta sit ad regẽ Solomonem, nõ metu aliquo cõmota, sed tantũ auiditate sapientiæ. Nec audiuit solum, sed & ingẽtia munera secum attulit. Et ecce hoc in loco est, qui Solomone sit maior. Quid enim simile gessit Solomon, qualia me videtis gerẽtem, aut quid simile docuit Solomon? Et vltro ad vos deferẽtem Euangelicã doctrinã, per quam seruemini, omni cõtumeliarũ genere afficitis: atrociora etiam insuper moliẽtes in beneficũ. Sed quo maioribus ostentis ac beneficiis prouocati estis ad pœnitentiã, hoc atrocior vos manet pœna, nisi mature resipueritis. Porrò quid esset illis euẽturum, & in quãtam cæcitatẽ deuentura esset gens Israelitica, & quibus calamitatibus afficienda á principibus Romanis, & quomodo per orbem exulatura, reiecta, cõtemptaq; ab omnib⁹ nationibus Iesus

Cũ aũt immũd⁹ spirit⁹.



Iesus ænigmate quodã indicare maluit, quàm expli care. Adhibet autem similitudinem hominis dæmonio malo obnoxii, qui postquam semel liberatus & suæ menti redditus, postea suo vitio dæmone recepto lõge grauius laborat, quàm prius laborarat. Cum spi ritus inquit, immũdus exierit ab homine, exul hospi tio veteri, obambulat per loca arentia/sterilia\&q;, quærens vbi requiescat, nec inuenit. Tũc ait secum, reuertar in domũ meã vnde exiui, vbi venit, offendit eam ornatam purgatã\&q;, sed vacuam hospite. Tunc videns esse locum, nec ab alio quoquam occupatam, nõ con tentus ipse remigrare solus, ascisscit septem alios spiritus deteriores se, simul\&q; ingressi domũ habitant ibi. Fit\&q; vt homo grauiꝰ discrucietur, quàm antea discru ciabatur. Sic eueniet huic nationi pessimæ. Hac imagine Iesus notabat pertinacem maliciam Israeliticæ gẽtis subinde relabẽtis ad suos mores. Seruiebat olim vitiis & cupiditatibus dæmoniacis. Per legem ac pro phetas vtcũ\&q; liberata est, sed subinde rediẽs ad ingeniũ. Redibat ad idola, sacrificabat in lucis, occidebat prophetas. Emẽdabatur afflictionibus, per Pharaonẽ in Aegypto, ꝑ Nabuchodonosor in Babylone, aliis\&q; variis calamitatibus. Tandẽ à filio dei tot modis pro uocata, nõ solum renouauit, verũetiam multis partibus superauit omnẽ impietatem maiorũ suorũ, non solum omni genere cõtumeliarũ afficiens innoxium

ac beneficū, verūetiā ad cruce adigēs falsis criminib9. Vnde ꝓdigiosa qdā cæcitas & septuplo miserabilior, quàm fuerit maiorū cœpit animos illorū: & ob id exitiū illos manet lōge atroci9, quàm hacten9 passi sunt. Quū hęc loqret̄ pplo, venit mater Iesu comitata cō sobrinis aliquot illi9, qui cupiebāt illū cōuenire. Quū autē nō possent adire illū, ob turbā cōfertā & obsidētē fores dom9, voce quasi ꝑ man9 tradita, qdā iterpellās sermonē Iesu renūciauit illi adesse ꝓ forib9 matrē & fratres ipsi9, q postularēt colloqū ei9. Iesus aūt offesus hac īportunitate, simulq; docere volēs, minimū esse tribuēdū talib9 affectib9, quoties negociū agit̄ Euāgelicū, pluris autē faciēdā cognationē animorū, quàm corporū, quæ virtute nō sanguinis ꝓpinquitate cōciliat̄, quæq; lōge patet lati9, respōdit interpellāti: Quæ nā est mater mea, & qui sunt fratres mei? Cœlesti negocio occupatus, nō agnosco matrē, aut fratres carnis affinitate cōiūctos, forsitan anis alienos. Ac porrecta manu in discipulos suos, q iuxta sedētes auide taciti q; cōbibebāt doctrinā salutiferā: Si vere, inqt, cognatos nosse vultis, qq; mihi sunt charissimi: Hi sunt mater mea, sorores meę, fratres mei. Nullū hic sex9 aut ętatis discrimē, nulla ꝓpinqtatis ratio. Quicūq; paret volūtati p̄ris mei, q est in cœlis, is mihi mater est, is soror est, is frater est: Spirituū affinitatē magnifacio, nō corporū. Hāc sibi qsq; parare potest: Vt qsq; illi9 volūta

Adhuc eo loqn te.

ti

ti maxime obtemperat, ita mihi coniunctissimus est & charissimus.

CAP. XIII.

EODEM tẽpore quũ Iesus cerneret locum nõ esse tãtæ multitudinis capacẽ, egressus domo cõcessit ad lacũ. Quo cũ venisset, sedit in ripa docẽs populũ insatiabiliter inhiãtẽ doctrinæ ipsi⁹. Porrò cũ videret multitudinẽ adeo cõdensari, vt premerẽt Iesum, quo liberior esset à turba, ingressus est nauim, atq; ex ea velut è suggestu locut⁹ est multitudini stãti in littore. Sic eñi cõmodi⁹ à multis & videri poterat, & audiri, qđ harena litoris paulatim insurgens, & ipsa litoris ora speciẽ quãdã præberet amphitheatri. Q̃ñ aũt in ea multitudine nõ erat eadẽ mens oñib⁹, multa ꝓposuit eis ꝑ similitudinis inuolucra, siue qđ hoc orõnis genus familiare sit ꝓphetis, siue qđ accõmodatissimũ est ad docendũ & ad flectẽdos añíos populi, qđ collatio sumpta à reb⁹, oĩum etiã idiotarũ sensib⁹ notissimis, statim ꝓmoueat vnũ quẽlibet, siue qđ hac illecebra & iucũdi⁹ irrepũt in añíos hoĩm q̃ dicunt, & hærẽt tenaci⁹, siue qđ hęc admonitio nullũ traducẽs, sed tacite per imaginẽ taxãs cuiusq; cõscientiã min⁹ offendere solet. Primũ aũt oĩum parabolã ꝓposuit, subindicans multos quidem vndiq; confluere ad prædicationem Euangelii: sed tamen non in omnibus gigni fructũ: id accidere non docentis culpa, sed audientium vitio. Nec parem gigni fructum in iis qui audirent, sed vt

Ecce exiit q̃ seminat semina re.

quisq; adferret animum à mūdanis curis, & cupiditatibus vacuū, ita sermonis auditi maximum esse fructum. Hortatus igitur vt auscultarent, parabolam talē proposuit: Egressus est, inquit, quidam seminator in agrum, vt seminaret semen suum: & dum late spargit, grana quædam ceciderunt iuxta viam. Ea quoniam manebant nuda, aduolarunt aues & comederunt. Alia rursus inciderūt in loca petricosa & aspera, quæ quū obsistentibus saxis, non tegerentur profunda terra, nec potuerunt altius agere radices, mox ad teporem solis ante tēpus enata sunt in herbā, propterea quod non esset multum terræ quæ seruaret condita in tempus suū, nec radix profunda quæ suggereret humorē. Rursus alia ciderunt in terram spinosam atq; increscētibus spinis suffocata sunt, nec potuerūt in liberiorem auram emergere. Alia porrò ceciderūt in terram bonam ac frugiferam, & fœliciter enata produxerūt fructum, non parem quidem omnia, sed pro soli bonitate. Alia centuplū, alia sexagecuplū, alia trigecuplū, sic vt ex alio grano nasceretur spica ferens grana centum, ex alio quæ sexaginta, ex alio quæ triginta. Hæc loquutus Iesus tum quidem non explicuit inuolucrū ænigmatis, sed suo cuiq; animo relinquit coniectandum. Tātum adhortatus est, vt quib9 essent aures idoneæ non oscitanter audirent eam parabolam, sed alio tēpore quū discipuli nacti essent Iesum solitariū adierūt

runt eum, rogabantq́, quare populo per similitudinē ænigmata loqueretur. Quibus hūc in modum respō dit Iesus, quia se nōdū satis idoneos præbent quib9 aperiatur veritas, qua nō solū nō fiunt meliores qui/ dam admixti turbæ, verūetiam irritātur vt fiant sce/ leratiores. Propterea quales illi adferunt animos ad au diendum, tales illis propono sermones: Illi, quæ sunt manifestissima nolunt intelligere, ego tenebris inuol uo sermonem, vt vel sic prouocem ad discēdi vestigā diq́ studiū. Vobis autem qui quod datur simpliciter auideq́ accipitis, digni estis, quibus secretiora quædā Euangelicæ philosophię cōmunicentur. Siquidem ha benti dabitur, vt abundet, cæterū nihil habenti, adeo nihil addetur, vt eo quoq́, quod habere videbatur, sit spoliādus. In aliis facultatibus, crudele est spoliare egē tem, hic quoniam inopia nascitur ex egeni vitio, iustū est auferre, quod habet ingratus. Nos gratis offerim9 aliqua rudimenta cœlestis philosophię, nimirum pro capacitate simplicitateq́ animorū/veluti semina quę/ dam iaciētes. Ea si quis audis animis imbiberit, nimi rum prouocat nos vt plura illi credamus. Contra qui quod gratis datum aspernatur, ac reiicit, sibiq́ vertit in occasionem maioris malicię, nōne dign9 est, vt eo, quod indignus habebat spolietur? Hac de causa lo/ quor illis per inuolucra parabolarū, vt pote veritatē apertā, aut nullo fructu, aut suo etiā malo audituris.

Fit enim illorũ peruersitate, vt quũ oculos habeãt, ac manifesta signa cernãt, tamẽ excæcati inuidia, quod cernunt nõ videãt, quũq; habeãt aures, & audiãt veritatẽ irrefutabilẽ, tñ audiẽtes nõ audiãt, neq; quod audiũt intelligãt etiam si intelligãt. Nimirũ in istis cõpletur, quod olim prędixit Esaias: Auribus audietis, & non intelligetis, & oculis cernetis, nec tamen videbitis. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus obsurduerunt, & oculos suos occluserunt, ne quãdo videãt oculis, & auribus audiãt, cordeq; intelligãt, tandemq; cõuertantur ad me & sanẽ illos. Sunt isti quidẽ igitur infelices, sed miserãdi nõ sunt, quãquã miserrimi, qui sciẽtes volẽtes sibi accersunt exitiũ, & reiiciũt salutem. Cõtra vestri oculi beati, quia vident quę facimus, vestrę aures beatę, quia audiũt quę loquimur, beata corda quia intelligũt voluntatẽ patris mei. Non est vulgaris felicitas, nimirũ multi prophetæ, multiq; iusti sancti optarũt videre quę vos videtis, nec videre cõtigit, audire quę auditis, nec datũ est audire. Atq; illi quidẽ vtcũq; veluti per somniũ pręsagiebãt futurũ, quod vos corã cernitis & auditis. Quãdoquidẽ igitur hoc promeretur vestra simplicitas auiditasq; cognoscendi, vos audite, quid sibi velit parabola, quã proposui de seminatore iaciente semẽ suũ. Tria sunt hominũ genera, in quibus semẽ Euãgelici sermonis, aut nullum ædit fructum, aut nõ perficit quod exortũ est. Ac primũ quidem

dē est omniū sterilissimū. Hi sunt qui leuiter ac oscitā ter audiunt verba doctrinæ cœlestis, nec demittunt in animū suum, nec cogitatione infigunt, vt illic radices agat: Sed animū habentes nullo studio curáue septū, ac munitum, nullis decretis armatum aduersus insult⁹ inanium cogitationum, ad quālibet occasionē sinunt proteri, conculcariq̧, quod seminatum est. Id sentiens ille malus, qui insidiatur, & inuidet exordiis meliori- bus, protinus immittit in animum curas aliquas vola ticas, quæ perdāt semē priusquā herbescat, aut radices agat. Vt nihilo meliores sint, quā si nō audissent. Hos designat imago seminis, quod cecidit iuxta publicam viam, qua commeant & homines, & bestiæ, hoc est, cu rę quęlibet, affectus/cognatorū, & affinium, cura pu- blici magistrat⁹, amores, odia, suspiciones, aliaq̧ id ge nus. Hæc sermonē Euangelicum, pene prius expellūt ex animo, quàm receptus sit. Rursum est alius, qui ser monē Euangelicum veluti semē accipit auribus, atq̧ auide demittit in animū suum, secū meditans ad illius regulam instituere vitam, sed quoniam nō penitus in figit animi medullis, sed hominum more temporario quodam affectu, leuiter agit quod agit, tantisper fouet semen acceptum, donec in herbam exeat, ac spem quā dam prębeat Euāgelicę pietatis, abstinēs à magnis vi tiis, ac virtutib⁹ mediocrib⁹ enitescēs. Verū si qua fue rit orta procella persequutionū & ob Euāgelii ꝓfessio

nem, intentetur exilium, carcer, supplicia, mors, aliaqꝫ quę firmum & inconcussum animi robur desiderant, tum velut ad æstum solis vehementē, exarescunt ac deficiunt. Huius typum habebat terra petricosa, semē accipiens quidem, ac proferens in herbam, sed aduersus solis æstum humore non valens tueri, quum per petras non liceat altius tendere radices. Rursus est alius, qui & auide audit sermonem Euangelicum, & satis alte demittit in animum suum, diuqꝫ retinet. Sed perplexis huius mundi curis pręsertim diuitiarum, irretitus animus veluti spinis quibusdam densissimis obrutus, nō potest, quod amat libere sequi. Has spinas inter se cohærentes implexas inter sese inuicem, quoniam nō patitur demeti, perit fructus iacti seminis. Hunc indicabat imago seminis excepti solo spinis, ac vepribus obsito. Porro semē exceptum terra bona, signat illos, qui & audiunt sermonem Euangelicum, quiqꝫ secum repetunt, & infigūt cogitationi, quiqꝫ sic transfundūt in affectus animi sui, vt nec morte velint ab eo deficere, quiqꝫ semet explicant, ab affectibus, & sordidis curis diuitiarum, quę non sinunt animum esse liberum, sed totos se prębent auræ cœlesti. Huiusmodi mētibꝰ non est infrugiferum semē Euangelicæ doctrinæ, sed queādmodum idem triticum non in quouis solo fert fructum parem, sed pro felicitate terrę minore aut maiore fœnore ꝓuenit, ita pro pio studio, captuqꝫ eorū,
qui

qui sermonem audiunt, fructus vberior pietatis pro/uenit. Hac parabola docuit nos Iesus, quo studio sit ac cipiendus sermo doctrinę cœlestis, si cupiamus ex eo fructum exoriri. Hęc seorsum discipulis suis interpre/tatus est Iesus. Sed vt redeamus ad seriem sermonis su perioris ꝑposuit & aliam parabolam dominus Iesus vt ostenderet & aliam pestem esse cauēdam, si quis ve lit triticum purum ac syncerum reponere in horreū. Nam reliqua quidem mala tantum lædere semē recēs iactum, aut herbescens, hoc iam enatum, & adultam se getem corrūpere. Ea pestis est, quum Satanas qui nec volaticis & oscitātib⁹ cogitationib⁹, nec persequutio num tumultibus nec curis opum, honorum similiūq; rerum, quibus humana vita distinetur, non potuit ob ruere semē Euangelicę doctrinæ, per pseudapostolos, ac impios episcopos, hęreticosq; cœlestem doctrinam ad suas cupiditates malas, interpretatione subdola de/torquentes, ac vera falsis, syncera vitiosis admiscentes, conatur inficere. Parabola sic habet: Regnum, inquit cœlorū simile est homini patrifamilias, qui quum bo nus esset, bonum semē seminarat in agro suo. Cęterū dormitantibus famulis, clam venit inimicus quidam, qui male volebat illi patrifamilias, quoniam non po/tuit noctu tollere semē, quod iam terra conditum erat in tuto, dolo molitur lædere. Zizaniorū inutile semen inspargit, & admiscet seminato tritico. Atq; hoc facto abiit,

Aliā parabolā proposuit illis dicens.

abiit, hunc dolum primum nemo sensit. Quum vero iam semē emersisset in herbam, & culmi spicis essent onusti, tunc demum simul enata zizania, prodita dissimilitudine cœperunt apparere. Porro serui demirātes, vnde id accidisset, adierunt patrēfamilias: Domine, inquiunt, nōne tu bonum semē seminabas in aruo tuo? Vnde igitur admixta zizania? Dominus autem suspicās autorem noxæ: Inimicus, inquit, homo hoc facit, qui mihi tam male vult, vt etiam nullo suo bono me gaudeat lædere. tum serui: Vis ne igitur eamus & colligamus zizania, segetéq; purgemus? Ait dominus, nequaq̃. Ne forte imprudentes, dum euellitis zizania, simul eradicetis & vicinum triticum. Sinite triticum simul & zizania crescere, vsq; ad tempus messis. Tū hoc negocii dabo messoribus, vt priusquā demetāt, sublegant prius admixta zizania, eaq; separatim cōpingāt in fasciculos ad ignis alimoniam. Ac deinde triticum purum recondant in horreum meum. Rursum Iesus significare volens per similitudinem Euangelicā philosophiā, primum in specie contemptā & humilem, per ignominiā crucis, per paucos idiotas, quasi plātatā vi veritatis, sic paulatim inualiturā, vt totū orbem occuparet, nullumq; genus hominum nō complecteretur:
Aliā parabolā. Aenigma proposuit huiusmodi: Regnū, inquit, cœlorum simile est grano sinapis, quod homo quidā acceptum, seminauit in agro suo. Quod quidē per se minimum

mũ est inter omnia legumina. Cæterũ vbi fuerit enatũ, magnitudine superat omne genus holerũ, & assurgit ad iustã magnitudinẽ arboris, adeo vt volucres nidulentur in ramis eius. Iterum rem eãdem Iesus inculcauit eis subsignificãs, quo pacto vis Euangelicæ doctrinæ, clanculum irrepens, & per pauculos apostolos, admixta, totum orbem transformatura foret in suam naturam, & quum maxime videbitur absorpta extinctaq;, tũ maxime exeret vim suam: Regnũ, inquit cœlorum simile est fermento, quod exiguũ mulier abdidit farinę tribus mẽsuris, atq; illic reliquit, donec exigua massa, totã illam farinæ vim paulatim afficeret, & in suã traheret naturã. Hæc omnia Iesus parabolarum inuolucris disseruit populo, neq; quicq̃ tũ illi locutus est absq; parabola, quo simul & animos illorũ obscuritate sermonis, ad discendi studium excitaret, nec ansam tamẽ daret occasionẽ venãtibus calũniandi. Atq; hoc quoq; prędixerat olim propheticũ oraculũ: Aperiã in parabolis os meum, eructabo quæ hactenus abstrusa fuerunt à mundo condito. Tunc Iesus dimissa turba, domum se contulit, nec illa sequuta est, quum nec intelligeret quid sibi vellet, nec ansa pręberetur calumniandi. Porrò quum solus esset domi, adierunt illum discipuli familiares, rogantes, vt explanaret ipsis parabolã, de zizaniis tritico permixtis. Nã explicata parabola de semine varie excepta, p se satis addiuinabant,

Aliã parabolã.

bant.quid ſibi vellet ſinapis granum, aut fermentum
abditũ. Ieſus nihil grauatus enarrauit dilucide:Bon⁹,
inquit, ille paterfamilias, qui ſeminauit bonum ſemẽ,
eſt pater cœleſtis,ager in quo ſeminauit,eſt mũdus to
tus non ſolum Iudæa.Porro triticum quod enatũ eſt
bonũ,ex bono ſemine,ſunt ii,qui ex inſtitutione Euã
gelica,ſeſe dignos prębent regno cœlorum,profeſſio
ni ſuæ vitæ factiſq; reſpondentes.His admixta ex ma
lo ſemine,mala zizania,ſunt improbi,qui non ſynce-
re profitentur Euãgelicam doctrinam. Inimicus autẽ
ille, qui nocte clam admiſcuit ſuũ ſemẽ,vnde naſcitur
peruerſa doctrina,eſt diabolus . ~~Serui qui volunt ante
temp⁹ colligere zizania, ſunt ii, qui pſeudapoſtolos,&
hæreſiarchas gladiis ac mortibus exiſtimant è medio
tollendos, quum paterfamilias nolit eos extingui, ſed
tolerari ſi forte reſipiſcant, & è zizaniis vertãtur in tri
ticum. Quod ſi non reſipiſcãt, ſeruentur ſuo iudici.cui
pœnas dabunt aliquando.~~Tempus meſſis eſt conſum
matio ſeculi.Meſſores angeli ſunt. Interim igitur mali
bonis admixti ferendi ſunt, quando minore pernicie
tolerantur,quã tollerentur. Porro quum venerit extre
mum illud tempus, quum ſeparabũtur boni à malis,
quum cuiq; pro factis ſua dabũtur pręmia,tunc filius
hominis omniũ iudex,mittet angelos ſuos,qui repur
gent regnum ipſius,neq; quicq̃ offendiculi ſinet illic
reſidere,quãdoquidẽ iam nec boni malis prodeſſe po
terũt,

terunt, nec mali sinentur amplius bonis negocium facessere. Sed quicquid viuētes inter bonos maluerit illis esse molesti, quod eorum cōsuetudine fieri meliores separatos ab aliis cōgregabit, ac tradet illos incēdio gehēnæ. Ibi pro momētaneis falsisque voluptatibus, suppliciis nunquā finiendis afficientur, submoti ex area ecclesiæ, & cōiecti in specum tartareū, hoc est in regnū patris sui: vbi sera iam, & inutilis pœnitētia fletum, eiulatum, ac dentium stridorē extorquebit à miseris. Porro qui ex bono semine prognati, perseuerarūt ad finē vsque, quāquā hic interim humiles videntur, & ab improbis affligūtur, tunc deposita omni mortalitatis humilitate, fulgebunt vt sol in regno patris ipsorū. Hæc quoniā vtrinque maxima sunt, nō sunt oscitāter audienda. Ad omnium vel felicitatem perennem, vel exitium perenne pertinent. Proinde quisquis habet aurem nō surdam & obturatam huius mundi cupiditatibus, audiat, vt fugiat ęterna supplicia, & vitam assequatur immortalem. Ad hæc quo magis accenderet animos suorum ad sitim Euāgelicę pietatis, adhibet & alias duas similitudines, quibus docet Euangelii professionē nō esse rem leuiter, aut vulgari studio expetēdā, sed omnibus omissis, hoc vnū summo studio conādū, omniūque bonorū iactura, summū illud bonū esse cōparādum. Quod quanquā nō sit cuiuis obuiū, tamē semel repertū, summā habet felicitatē, & quanquā interim latet apud hoīes,

Simile ē regnū cœlorū thesauro.

homines, nec ostentat sese, tamen is qui possidet, tacitus apud se plaudit sibi, securus expectans illum diem, quo fœlicitas, quę nūc in obscuro est, post proferetur in apertum: Regnū, inquit, cœlorū, simile est thesauro defosso in agro, quem si quis forte nactus fuerit non iactat apud alios, ne qs sibi præripiat, sed in sinu gaudens, sibiq; gratulans abit ad eius fundi dominū, & diuenditis omnib⁹ suis possessionib⁹, conflataq; quāta potest pecunia, mercatur agrum illū in quo nouit latere rarū thesaurū, sibiq; videtur fœlix, qui nudatus multis mediocrib⁹ possessionib⁹, vnico, sed insigni, licet ignoto sit fundo ditatus. Rursum: Simile, inquit, est regnum cœlorū, homini negociatori, qui delectabatur bonis margaritis. Quū autē nactus esset vnam insigniter bonam, ilico diuēditis possessionibus omnib⁹ mercatus est eam. Nec sibi visus est factus pauperior, qđ iam nihil haberet pristinarū opū. Imò tum demū opulētus sibi videt, qui sibi cōscius esset, qđ secreto possideret margaritū, qđ quālibet exiguū, tamē omniū illarum possessionū preciū superaret. His adiecit & aliā parabolā, nō absimilē illi de tritico, & zizaniis, adhortās suos quos ex piscatoribus fecerat apostolos, hoc est piscatores hominū, vt studerent quàm plurimis attrahēdis ad professionē Euāgelicā, nec statim abiicerent, ac perderent malos bonis admixtos, sed eos, si tētatis omib⁹, nollēt resipiscere, seruarēt suo iudici

iudici puniendos. Rursum, inquit, simile est regnũ cœlorum sagenæ missæ in mare, quæ late sparsa, om̃e genus pisciũ innoluit, & cõplectitur. Quã quũ iam senserint impletã, tum ad litus pertrahũt, iamq; sedentes in sicco, bonos pisces selegũt, ac recondũt in vasa: malos, & inutiles abiiciũt. Itidẽ fiet in cõsummatione mũdi. Exibũt angeli, dispecturi quid trahat rete Euãgelicum. Nec sinent amplius malos bonis admixtos intra eãdem sagenã, sed ex meritis, nõ ex professione quẽq; æstimabũt. Malos semonebunt à consortio bonorũ, atq; hos quidẽ recõdent dño suo, illos abiiciẽt in fornacem ardentem, ibi erit cruciatus intolerabilis, qualem solet testari ploratus ac stridor dentiũ. Hæc dicta iesus, quo magis infigeret animis suorũ, rogabat num hæc om̃ia satis intellexissent, quũ respõdissent sese intellexisse, subiecit & aliam parabolã, qua submonebat eos, hæc & huiusmodi multa discẽda, & in memoriæ penuario reponenda, quo mox ad omnẽ occasionem possent depromere, siue præmiis alliciendus esset auditor, siue suppliciorũ metu territãdus. Nã pect9 doctoris Euãgelici, oportere quẽdã esse mũdũ ac thesaurũ, diuitem & opulentũ, vnde nũc ex veteris testamẽti libris, nũc ex Euangelica philosophia facile depromat varia, prout auditorũ vtilitas exegerit. Nec enim semper eadem dicenda, nec eodem modo, nec omnibus rebus omnes cõmoueri. Opus est igitur diuite quo-

dã

dam thesauro, omni doctrinarũ genere instructo. Parabola sic habet: habent, inquit, scribæ Iudæorũ, q̃d ex libris cõsulti respondeãt. Sed quisquis vult esse scriba doctus in regno cœlorũ, ei non est satis proferre vetera, nisi proferat & noua, similis opulento cuidã patrifamilias, qui nihil non habeat in thesauro, siue quis noua desideret, siue quis vetera malit, vt omnib⁹ satisfaciat. Hisce tam variis parabolis, quũ Iesus satis instruxisset, & populum, & discipulos suos, vt subinde mutato loco latius spargeret Euãgelica doctrina, abiit in patriã suã, hoc est Nazareth. Vbi nõ auspicatus est prædicationẽ, ne quid tribuere videretur humano affectui, nec tamẽ preteritã voluit, vt doceret omnibus esse benefaciendũ. Ingressus igitur illorũ conciliabula, cœpit eos docere, quemadmodum alios docuerat. Hic obfuit Euãgelico negocio, quod tamẽ prodesse debuerat, nisi vulgus hominũ notis ac familiaribus inuidere mallet quàm fauere, quũ exotica stulte miretur: hoc ipso præclarũ esse iudicans aliquid, quod ẽ lõginquo venerit. Quũ igitur hic agnosceretur Iesus à nõnullis, qui nouerant humilitatẽ familiæ, ac parentũ tenuitatẽ, simulq; artẽ qua Ioseph vulgo creditus pater, vxorem ac priuignũ suũ alebat, quum antea sciebant [illegible], nec vnquã accepissent illũ literis institutum fuisse: ita murmurãt inter sese. Vnde isti tam insignis sapiẽtia, aut vnde vis ædendi miracula? Nõne hic

Et quũ cõsummasset.

hic est Iesus [redacted], Ioseph fabri filius, nõne mater eius paupercula est & humilis apud nos, quæ dicitur Maria? Nonne cõsobrini illius apud nos sunt, Iacob⁹, Ioseph, Simõ, & Iudas. Nonne quotquot habet proxime cognatos omnes hic degũt apud nos? Vnde igitur iste subito factus alius ad nos redit, docens ac miraculis pollens? An credit sese nobis ignotum esse? Ita Iesu cognatio fortunęq; humilitas fuit illis offendiculo, nihil adhuc nisi plebeum, & humanũ de illo suspicantibus, & ob pristinã vitę humilitatem, nouę claritudini subinuidẽtibus. Iesus autem taxãs illorum crassum, ac nimis populare iudicium, qui hominẽ non ex ipsius virtutib⁹, sed ex fortunis generisq; splẽdore ęstimarent, ait illis: Nõ est propheta vsquam contẽptior, quã in sua patria, propriáq; familia, & inter cognatos suos. Quũq; alibi promptã fidẽ repperisset, multisq; miraculis floruisset, hic nulla potuit ædere, nisi q̄ impositis manibus paucos sanasset ęgrotos. Non q̄ esset illius cõtracta potestas, aut mutata voluntas, sed q̄ obsisteret illorum incredulitas. Quẽadmodum enim medicus non potest benefacere ęgroto, qui reiicit pharmacum, nõ q̄ ars medici sit inefficax, sed quod in culpa sit ægrotus. Ita quoniã fides est, cui dantur miracula, incredulitas obstat, quo minus possit ea promere, cui virtus alioqui non deest, nisi prępediret aliena culpa. Itaq; tantam maliciam illis exprobrãs dicebat: Nõ

nouum hoc est, quod mihi nūc accidit. Accidit idem olim sanctissimis prophetis, Heliæ & Helisæo, quorū sepulchra nūc colitis. Nam quū nō pluisset annis tribus, ac mēsibus sex, & ob id ingens fames regionē illam omnē occupasset, Helias fame periclitās, ad nullā viduam iussus est ire, quū plurimas haberet Iudæa, nisi ad alienigenā, illam Sareptanā, in regione Sidoniorum. Apud hāc vnam receptus, fidem inuenit, & mira culum ædidit. Porrò viuente Helizæo, cōplures erant leprosi in gente Israelitica, nec vllus tamē ab hoc sanatus est, sed solus Naaman Syrus cuius fides à propheta miraculum velut extorsit.

CAP. XIIII.

INTERIM Herodes tetrarcha Galilææ, filius eius qui pueros Bethleemiticos trucidarat, audierat rumorem de doctrina, deque miraculis ac prodigiis Iesu. De quo quū variarent opiniones multitudinis aliis dicētibus eum esse Heliā, aliis Hieremiā, aliis alium quēpiam è priscis prophetis. Nec deerāt, qui prædicarent eum esse Ioanē, qui vitæ redditus, iam factus esset potentior. Herodes irridens illos dicebat: Ioannē ego decollaui, & quomodo vos arbitramini illū viuere, & nō solum viuere, verūetiam miraculis pollere? Mox vbi de tam crebris, tamque insignibus prodigiis factus esset à multis certior, vt iam rumor nō posset videri vanus, dixit famulis suis: Hic de quo tam mira narrāt,

nō

nõ est Iesus, qui iam pridẽ periit interfectus à patre, in turba puerorũ Bethlehemiticorũ, sed est Ioannes, qui surrexit à mortuis, & ideo iam factus diuinior, clarescit miraculis. Siquidem Herodes manus iniecerat in Ioannem baptistam & coniecerat illũ in carcerem, quanquã virũ haberet in precio, nec pauca gereret ex illius cõsilio. Sed hic fauor tyrãni versus est in odiũ, ob incestã mulierculã, cui⁹ plus apud regẽ valuit/turpi obsequio cõciliata gratia, quàm Ioãnis autoritas. Siquidẽ Herodiadẽ Philippi fratris sui vxorẽ, vnde & filiã sustulerat, viuo fratre in illi⁹ odium sibi adiũxerat. Ioãnes libere admonuit regẽ, nephariũ esse cõnubium, quũ & viueret & frater, & superesset ex eo filia. Porrò lex Mosaica, iubebat vt fratris defuncti vxorẽ duceret frater, si cõtigisset illũ decedere absq; liberis. Herodes hoc insanius amans mulierẽ, quo min⁹ licebat amare, vehemẽter offensus est hac libertate, adeo vt fuerit illum interfecturus, ni metuisset tumultũ populi, apud quem nouerat Ioannẽ esse vehementer gratiosum, quod & baptizasset plurimos, & cõplures haberet discipulos, & à plærisq; crederet̃ esse Messyas. Nemo certe non existimabat illum esse virũ prophetici spiritus, ac sanctimoniæ. Sed hũc metũ post excussit luxus, & insan⁹ erga puellã neptẽ fauor. Quũ enĩ iuxta morẽ ethnicorũ, celebraret diẽ suũ natalẽ, in quo nihil voluptatum genialium nõ adhibebatur: Herodi



adis filia puella, lasciua gesticulatione saltauit ad mensam regiã, adeoq; placuit Herodi, qui iã vino incaluerat, vt deierarit se nihil nō daturum puellæ petẽti, etiã si dimidium regni sui postulasset. Puella ne perderet tã tam occasionem, & mox hac regii pectoris abuteretur libidine, consuluit matrem, quid esset petẽdum. Illa verita nẽ quãdo Ioãni recõciliatus regis animus, dirimeret incestas nuptias, suasit filię ne quid peteret, nisi vt absq; mora sibi daref in disco caput Ioãnis baptistę. Puella ex matris scelerate cõsilio, prodiit in conuiuiũ, & expectantibus omnibus, quid nã esset optatura, petiit illco sibi dari caput Ioannis in disco, velut hunc missum pluris facturæ, quã dimidium regni. Hoc prę ter omnẽ spem audito rex, vultu mœrorem simulat, ac iurisiurãdi religione prętexit, pręsertim, q̃ tot con uiuis testibus, interposuisset, ne leuis aut periurus videretur, iussit fieri quod optarat puella. Ilico speculatores missi in carcerem, amputatum est caput innocentissimi viri, allatum est in disco, datũ est puellæ, puella tradidit matri, quę totius huius fabulę fuerat architectrix. Atq; his auspiciis dedicat9 est ille felix natalis Herodis. Hoc pręmiũ datum est ad honesta vocãti. Hoc spectaculo pasti sunt oculi conuiuarum, quos rex sua mensa dignos iudicarat. Caput igitur Ioãnis cessit incestę. Porrò corpus asportarunt discipuli Ioãnis, ac sepelierunt illud. Hoc tam immane facinus quum, renũciãtibus

ciãtibus Ioãnis discipulis,cognouisset Iesus(Nam ve lut homo passus est sibi narrari quasi nesciret, quum prescisset,etiã antequã fieret)secessit in nauim,vt semo tus à turba,migraret in locum aliquẽ desertũ,speciem quidem prebens humani timoris, sed re vera subtra/ hens occasionem scelerato regi,ne homicidium homi cidio iungeret, presertim quum Iesu tempus nõdum adesset,simulq; docens,nos aliquãdo principum furo ri cedendum esse,ne benefactis irritati, & lædãt inno/ xios,& ipsi reddãtur sceleratiores. Vitare licet impios, ad facin⁹ paratos,quo prodesse liceat bonis. Atq; hic quidẽ secessus, quorundã eximiã fidem declarauit. Et enim simul atq; auditum est Iesum vitatis ciuitatibus in desertis agere,ob metum,vt putabãt, Herodis:ipsi relictis ciuitatibus adibãt eremũ,& recondentẽ sese in abditis secessib⁹, quoniã nauib⁹, aut vehiculis ob im pedita loca peruenire nõ poterãt,pedestres sunt inse/ quuti,nec itineris difficultate,nec inedię periculo de/ territi.Adeo iã doctrinã Euãgelicã cœperãt esurire. Id vbi sensisset Iesus ꝓdit è latebris suis, & occurrit aui/ dis,qui se subduxerat impiis.Porrò quum videret eo quoq; cõfluxisse frequentẽ hominũ multitudinẽ,qui secũ adduxerãt multos variis morbis obnoxios,mise ricordia cõmotus est, & ex itineris difficultate perspe ctã habẽs fidẽ illorũ vltro sanauit,quotquot habebãt ęgrotos.Tãtus autẽ fuerat ardor multitudinis,vt quũ

Et quũ audisset Iesus.

Q 3 ęgrotos

ęgrotos pueros, ac mulieres plurimas secū adduceret in locum desertū, tamē nihil cōmeatus adferret. Itaqȝ quum iam appeteret nox, & stomachus stimularetur fame, discipuli tot conspectis miraculis, nondum satis perfecte sentiētes de Iesu (Sic enim visum est sapiētiæ diuinæ, paulatim illos ad perfectionē fingere, quo firmior esset rerum gestarum fides, simulqȝ ipsos doceret, quibus rationib⁹ aliorum infirmitati mederētur) admonēt pręceptorē suum, instare noctem, turbā esse ingētem, iamqȝ plusquā tempestiuū esse capere cibū, dimitteret eos vt dilapsi in vicos finitimos sibi quisqȝ cibos emerent. Iesus autem quò miraculum fieret euidentius, respondit: Nihil est necesse vt quoquā eant. Quin ipsi poti⁹ date illis quod edāt. Porrò discipuli, velut obliti omniū quę viderāt, ne ad hāc quidem vocem expergefacti, crassè quidem responderunt: sed vt horum imbecillitas illustraret miraculi magnitudinē. Nos, inquiūt, his tam multis dabimus cœnam? Quī sumus numero tredecim, ipsi perparcum habemus cōmeatum, videlicet nihil aliud quàm panes ordeaceos quinqȝ, & pisces duos. Vt hanc cœnam non fastidiāt, quomodo sufficiet illis, quod vix sufficiet nobis paucis? Tum Iesus iussit hoc quicquid esset, ad se adferri. Discipuli simpliciter obtemperantes, neqȝ responsantes, nos igitur enecas fame si hoc pusillum quod habemus das istis, attulerunt vniuersum commeatum,
Hic

Hic Iesus exhibiturus conuiuium Euangelicum, in quo vt oportet abesse luxum omnem, ita decet æqua litatem esse omnium: iussit vt discumberent omnes in gramine, sic vt quinquageni simul accumberent, quo magis euidens esset numerus conuiuarũ. Simulq; mo rem imitatus illorum, qui pluribus exhibituri conui uium, aut sportulam, in classes diuidũt multitudinem, ne cui aut desit aliquid aut supersit. Quo facto, Iesus tum demum futurus cõuiuator, & corpora quoq; pa scens, qui pascẽdis animis venerat, vt re quoq; ipsa do ceret discipulos suos nusquã omnino pabulum defu/ turum iis, qui negocio Euangelico intenti negligerẽt rem penuariã, quinq; panes ordeaceos & duos pisces sumpsit in manus suas, primum ostendens omnibus quo victu oporteat esse cõtentos legatos apostolicos: deinde ponens ob oculos synceram multitudinis fidu ciam, quæ quum videret quantulum esse commeatus, nec ignoraret quod essent hominũ milia, tamen iussa discumbere, discubuit. Iesus itaq; conuiuator manib⁹ tenens panes & obsonium, sustulit oculos in cœlum, indicans à patre cœlesti proficisci quicquid opus est humanis vsibus, eiusq; benignitate laudata, fregit pa nes simul & pisces. Atq; ita tradidit discipulis suis, vt apponerent multitudini, velut ænigmate quodam ad monẽs quales oporteret esse doctores, qui pascunt ser mone dei simpliciũ animos. Vt enim Christus suspi/

ciens in cœlum indicauit se nihil docere quod nō ma
naret à patre cœlesti: ita viri apostolici quoties vide
rent populum simplici fiducia pendere ab ore ipsorū,
nihil eis proponerēt quod nō accepissent à Christo.
Nec illi proponerent varias cupedias ex officinis phi
losophiæ mūdanæ, nec è suis affectibus depromerēt
humana dogmata, sed simplicem & Euangelicam do
ctrinam illis distribuerent quemadmodū accepissent
à præceptore suo, nec aliter scinderent quā ille mani-
bus suis fregisset. Siquidē ex huiusmodi demū appa-
ratu & plurimi reficiūtur, & gloria redit ad Christū,
non ad distribuētem. Quæris exitū conuiuii? Disci-
puli nihil hæsitātes distribuebant, illi nihil addubitā
tes comederūt omnes, nō ad luxum, sed ad saturitatē.
Et adeo nihil defuit numeroso conuiuio, vt peracta
cœna, collecta fragmenta impleuerint cophinos duo-
Et sta- decim. Porrò numerus hominū erat quinq; milium,
tim cō exceptis mulieribus & paruulis. His rebus peractis Ie
pulit Ie sus docere cupiens, vbi satisfactum est necessitati ven-
sus. tris, nō ad lasciuiam aut somnū, sed ad precationē esse
fugiendū, precationi vero solitudinē maxime cōpe-
tere. Cōpulit discipulos suos (ægre enim à dilecto do
mino distrahebātur) abire ad lacū, & priores trāsmit
tere, se dimissa turba sequuturū. At illi quanquā inuiti
diuellebātur, tamē nō obmurmurāt, nō excusant im-
minētem noctem, nō rogāt quādo ipse sequuturus sit,
sed

ſed ſimpliciter iuſſis obtemperāt. Illis itaq; digreſſis, Ieſus dimiſſa turba, cui modis omnib9 ſatiſfecerat, cōſcēdit in mōtem, vt illic oraret ſolus. Sic enim docuerat orare ſuos. In montis itaq; cacumine bonā noctis partē ſolus agebat Ieſus. Atq; interim abſente dño diſcipuli nauigātes periclitātur in vndis. Siquidem illis ingreſſis lacū, ſtatim obortus eſt vētus aduerſus, ac nauis intumeſcētibus fluctib9, nō ſine periculo iactabatur. Nox cōduplicabat metū. Quid facerent? Vrgebat periculū, nec aderat cuius implorarent opem. In hoc periculo totā fere noctē ſuos reliquit, vt paulatim duraret aduerſus omes formidines, doceretq; nunquā defuturā opem diuinam periclitātibus, etiamſi paulo ſeri9 obtingat. Quarta igitur demū vigilia noctis, pene deſperātib9 illis ac iamiā deſpōdētibus animū, venit Ieſus nō cymba vectus, ſed ambulās ſup aquas, Illi quū per tenebras vidiſſent ambulantē aliquē, nec ſatis agnoſcerēt ieſum, magis etiā horruerūt, dicebātq; inter ſeſe, ſpectrū eſſe, quod viderent, nō hominē. Vulgus autē nautarū putat huiuſmodi viſa præſens exitiū portēdere nauigātibus. Tātus igitur terror illos inuaſit, vt velut impotentes ſui facti, præ formidine exclamauerint. Ieſus autē nō paſſus eſt illos diuti9 periclitari, ſed ilico loquutus eſt eis, vt quē per caliginē videre nō poterāt, indicio vocis agnoſcerēt: Aio bono ſitis inquit, Ego ſum: nolite timere. Ad hāc vocē ilico red-
dit9

ditus est illis animus. At Petrus qui semper singulari quodam amore flagrabat erga Iesum, nihil omnino credēs difficile quod ille iuberet: Domine, inquit, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Non enim mirabatur illū ambulare, sed sibi quoq; licere putabat illo volente. At Iesus modis omnibus fingēs ac formans illius imbecillitatem, ad robur perfectæ fidei: Veni, inquit. Ad hāc vocē nihil cōtatus Petrus, deiecit se è nauicula, cœpit'q; properare ad Iesum, ambulans & ipse super aquas. Et q̄diu nihil vacillabat illi⁹ fides, subseruiebat illi liquidū elementū. Cæterū vbi dimotis paulisper oculis à Iesu, cœpit circūspicere vētorū vehemētiā/vndarū tumultū/suamq; imbecillitatē, rursus extimuit: cœpit subsidere, periclitariq;, ne mergeretur. Metus à ventorū vehemētia nascebatur, periculū à metu, metus à diffidētia. Ac rursum periculi magnitudo resuscitauit igniculū fidei, iam'q; pene vndis obrut⁹, clamauit: Domine, serua me pereuntē. At Iesus admonēs suū discipulum, periculum quod metuebat nō esse ab vndis aut ventis quę prius subseruiebāt, sed ab imbecillitate fiducię, porrecta manu corripuit, ac subleuauit illū dicēs: O parū adhuc mihi fidēs, quare vacillabas? Non enim satis est habere fidem vehemētem, ac tēporariā: sed oportet habere perpetuā ac cōstātem: neq; dispicere quātum sit periculi, aut quid tuæ vires possint ferre, sed quid ego possim fidēti pręstare. Mox igitur

vt ingeſſus eſt nauim, venti conquierũt. Cęterum qui erant in naui, conſpecto tam admirabili prodigio, ſentientes in illo quiddam homine maius eſſe, procidorunt ad pedes illius, & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius dei es. Quũq; perueniſſent ad litus, abiit in regionem Genezareth, vbi prius multa prodiderat miracula. Hi poſteaquã agnouerũt eum prius viſum, rurſus adeſſe miſerũt qui per omnem illam regionem diuulgarent adeſſe Ieſum, vt adducerent, ſi quos haberent ægrotos. Iam enim ex ſuperioribus miraculis fides illorum ſumpſerat incrementũ. Igitur vndiq; confluentes, offerunt Ieſu, quotquot erant morbis obnoxii, rogãtes illum vt liceret vel fimbriam veſtis ipſius contingere, ſi moleſtum eſſet contingere ſingulos aut alloqui. Tantum erat fidei robur. Nec fefellit eos ſua fiducia, quotquot attigerant ſanati ſunt.

CAP. XV.

HAec quo maiore cum gloria dei gerebãtur, hoc magis vrebantur inuidia phariſęi, videntes hiſce rebus ſuã obſcurari gloriã, qua ſe hactenus vẽditarãt apud homines. Venabant̃ vndiq; calũniã, ſed quo magis impetũt Ieſum, hoc magis traducũt ſuã cęcitatẽ, adeò manifeſtã, vt popul⁹ etiã pſpiceret. Aliq̃t igit̃ phariſęi Hieroſolymitę, nã illic erãt arrogãtiſſimi, ſimul adeũt Ieſum q̃ numerus fidẽ aſtrueret calũnię. Porrò quũ Moſes vetuiſſet verbis legis qcq̃ adimi, aut addi,

phariſæi

pharisæi quo viderētur ipsi legū nō interpretes mo/
do, verūetiam cōditores friuola quędā adiecerāt. Qđ
genus sunt illa: Ne quis cibū capiat manibꝰ impuris:
impuras autē appellabant illotas, quasi manus cibum
aut hominē cōtaminaret: aut quasi liquor aquæ sor
des abstergeret animi. Itē ne quis à foro reuersus &
in promiscua turba versatus, cibum capiat, nisi prius
abluto corpore, perinde quasi cōtactus hominū in/
quinaret hoiem, aut quasi purus sit qui lotus sit: Rur/
sus vt subinde lauarent̄ vrcei, pocula, eramēta, sellæ, le
cticæ, reliquaq́ꝫ supellex, cuius vsus erat quotidianus.
His atqꝫ huiusmodi multis superuacaneis ac friuolis,
onerabāt simplicē plebem quibꝰ tantū tribui postula
bant, vt harū præceptiūcularū gratia nōnunquam ea
negligerēt quę præceperat deꝰ. Ergo quū nō haberēt
qđ impingerēt discipulis Iesu, trāsgressionē legis Mo
saicæ, præceptorē suggillant, qđ pateretur discipulos
negligere cōstitutiūculas humanas: nō qđ eas contē/
nerent, quanquā merito cōtemnēdas, sed qđ rebus se
riis intenti, nōnunquā illa pro nihilo ducerent. Cōue
niūt igit̄ Iesum, & aiūt. Quare discipuli tui nō seruāt
instituta maiorū suorū? Nec enī lauant manꝰ sumptu
ri cibū. Christus nō ferēs tam maliciosam de re nihili
criminationē, percutit illos atrociore recriminatione,
Imò quā frōte vos qui hæc leuia calūniamini, tāti fa/
citis humanas cōstitutiūculas q̄ nihil adferāt nisi mo/
lestā

lestam superstitionẽ:& ob eas violatis vel maximũ dei præceptũ? Siquidẽ deus naturæ legẽ corroborãs, serio iussit, vt quisq; patrẽ ac matrẽ honoraret, ac subsidio subleuaret: Longæuitatẽ ac fœlicitatẽ huius vitæ pollicens hoc facięti, mortẽ cõminãs secus agęti. Vos autẽ cõsulentes auariciæ vestræ, quo, qđ subleuãdis parẽtibus erat impẽdendũ, vertatis in lucrũ vestrũ: docetis hoĩes sancti⁹ ac melius esse locupletare donariis tẽplũ quã opitulari parẽtibus egenis, ac technam cõmonstratis, qua parẽtibus opẽ flagitãtib⁹ illudãt filii, nimirũ vt ita loquant̃ patri aut matri, munus qđ offero tẽplo, tibi collatũ puta. Siquidem qđ deo offertur summo parẽti recte collocatũ est: ac filii pietas proderit & parẽtib⁹. Atq; hac arte sub prætextu falsæ pietatis cõtra præceptũ dei, deseritur pater, vt meli⁹ habeant sacerdotes. Res ad vos redit: ad parẽtes subleuãdos præter verba nihil redit. Et impiũ factũ pietatis imagine prætexitis. Quid autẽ arroganti⁹, quã vestras cõstitutiones anteponere iussis dei, & harũ prætextu sanctissimo dei præcepto abrogare? Iniquum erat istiusmodi cõstitutiũculis onerare populum plus satis onératum legis onere. Sed impietatis est nõ ferẽdę, vestris cõmentis antiquare legẽ diuinã cum ipsa natura congruẽtem. Ista nimirũ est vestra ista fucata religio, quæ nihil est minus quàm quod videtur. Hypocritæ non immerito de vobis vaticinatus est Esaias dicẽs: Popu

lus



lus hic labiis me honorat,cor autē illorū procul abest à me.Sed frustra me colūt, docentes doctrinas, præcepta hominū.His dictis Iesus velut auersus à pharisæis,nihil aliud aucupātibus quàm ansam calūniandi, iussit turbas propius accedere,dicens: Audite,& intelligite,quàm sint friuola,quæ vobis præscribūt pharisæi,de minimis anxii,maxima negligētes.Isti præpostero iudicio summā pietatis collocant in rebus externis,velut in delectu ciborū,& ea quæ sunt animi negligūt.Cyathos horrent illotos, & animos impuros negligunt:manus & cutem subinde lauant,animū patiuntur omnibus vitiis inquinari. Quod intrat in os nō reddit hominē impurum : sed quod egreditur ex ore,reddit hominē impurū.Non enim refert,quo cibo vescaris,sed quo animo.His verbis quū videretur Iesus iustam ansam dedisse pharisęis calūniandi,quod tolleret ciborū delectū, quem lex diuina præscripsit. Qua quidē in re nō dissentiebāt à pharisæis discipuli,facinus nephariū existimantes cibis vesci cōmunibus:quod quidē Christus nōdum damnabat, tamen indicat illa nō ex natura sua,sed ex incidētibus caussis vel bona,vel mala fieri: & ob id minoris esse faciēda, quā ea quę semp & sua natura pia sunt aut impia.Iāq̧ tēpus adesse,vt id gen9 legis præcepta q̄ ad tēpus aliqđ sint instituta, nec tam adferāt sanctimoniā quā significēt, iam incipiant obscurari, mox ad coruscantē Euāge

Euãgelii lucem, prorsus interitura. Hoc nõdum intel ligentes discipuli adeunt dñm, ac priuatim admonent de periculo. Scis pharisæos isto sermone tuo de cibo nõ polluente quẽquã offensos esse, tametsi dissimulãt. At Iesus docere volens aliquãdo offendiculũ impro borũ ex rebus nihili sumptũ, fortiter esse cũ suis au toribus contẽnendũ, præsertim quũ illis obsecũdan do, nihil aliud ꝑficias, quàm q̃d alis illorũ maliciam, nõ sine pernicie simpliciũ, qui fidẽtes obseruatiũculis huiusmodi negligũt interim verę pietatis studiũ, hũc in modum respõdit discipulis suis qui & ipsi nõnihil erant offensi. Omĩs plantatio quã nõ plantauit pater meus cœlestis, radicitus euelletur, peribit omĩs institu tio quã homines ad suũ quęstũ & gloriam ex sese nõ ad verã pietatem cõmẽti sunt. Ista terrã sapiunt, & car nalia sunt, pro tẽpore data coercendæ crassorũ hoim licentiæ. Lex Euãgelica spiritualis est, ac cœlestis, nec in istis reb⁹ visibilib⁹ sita est, sed in affectib⁹ animi. Horũ igit̃ prima debet esse cura. Siqdẽ absq̃ his nec illa quicq̃ ꝑsunt, nisi ad inanẽ ostẽtationẽ. Hãc igit̃ philosophiã cœlestẽ posteaq̃ cœpistis profiteri, nihil vobis est rei cũ fucatis pharisæis, q talib⁹ obseruatiũ culis ꝑmittũt absolutã sanctimoniã, in quib⁹ aut nihil est, aut quàm minimũ pietatis. Iactãt sese doctores, ac duces ad verã religionẽ, quũ ipsi nesciant quib⁹ in re bus sit sita vera religio. Itaq̃ cæci sunt, cæcorũ duces. Sinite il los, cęci sunt du ces cæ corũ.

Porrò

Porrò si cæcus cæco viæ dux fuerit, quid futurũ, nisi vt ambo simul incidãt in foueam? Nesciunt quod doceãt, & stultos crassosq; discipulos sibi adiungunt. Valeãt igitur stulti pharisæi, cũ suis stultis & ineptis constitutiũculis. Vobis ea curæ sint quę vere purũ & impurum reddũt hominẽ, hoc est, quę polluũt aut purgãt animum magis q̃ corpus. Ad hæc Petrus, ob penitus à maioribus haustã superstitionẽ, nondum sibi persuadens absq; periculo posse negligi cõstitutiones eiusmodi, non ausus amplius refragari sermonib9 Iesu, blãde rogat vt quod inuolute dixerat apud populum, de iis quę intrãt & exeunt os, dignetur explanare. Iesus obiurgatiũcula volẽs acuere studium suorũ, quos oportebat iã in cõiectãdis parabolis esse peritiores, & ex aliis alia diuinare: Adhuc inquit, & vos caretis intelligentia? Nec intelligitis, q cibus, qui manibus siue lotis siue illotis sumpt9 intrat in os, demittitur in stomachum: deinde quod crassius est, per aluum in secessum eiicitur? Corporalia sunt hæc, nec afficiũt, nisi corpus. Animũ nec iuuãt, nec lędunt, nisi si quis abutatur. Vt autem abutaris, non ciborũ fit vitio, sed abutentis. Cæterũ quæ progrediũtur ex ore, sunt ea quæ loquunt̃ homines. Oratio nascitur non ex ventre, sed ex corde. Porrò quod est in corde hominis, id aut vere purum est, aut vere impurum est. Illic enim fontẽ suum habẽt noxiæ cogitationes, quibus fratri struũt insidias

insidias, homicidia, adulteria, stupra, furta, fraudes doli, liuor, arrogantia, lites, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc etiam si non prodeāt per os, tamen impurū reddunt hominem, & abominādum in oculis dei. Si prorumpūt, velut è putri cloaca pestilens halitus, vt declarant hominē esse impurum, ita contagio afflatuq; suo etiam alios inquinant. Porrò siue lotis manibus cibū capias, siue nō lotis, modo ad vsum naturæ sumas, nō reddit hominē immūdum. Nec potus ex illoto calice sumptus inquinat hominem, modo modice sumas ad vsum, non ad luxum. Itidem insidere illotæ sellæ, non conspurcat animum hominis, vti nec lota sella puritatem addit sedenti. Has igitur friuolas ineptias, quū superstitiose doceant ac seruent pharisæi, tamen non exhorrent ea quibus vere inquinatur animus. Moliūtur insidias benemerenti, subornāt falsa testimonia, obtrectant famę proximi sui: & ita suę consulunt gloriæ, vt inuideant gloriæ dei, calūniantes opera quę illius spiritu geruntur, & attribuētes Beelzebub. Hęc erant illis abominanda, si vere puri videri vellent. Quod autem hoc est præposterum sanctimonię genus lotas habere manus, & mentem simul ac linguam habere tot scelcribus inquinatam? Hęc locutus Iesus, reliquit eam regionē, & concessit in fines Tyri ac Sidonis, velut ipso facto vaticinans Iudæos ob superstitionem suæ legis expulsuros Euāgelicam doctrinā, quam gentes essent

Egressus inde Iesus.

per fidei synceritatem sibi vindicaturæ. Siquidē Tyr9 & Sidon ab idololatris incolebant. Huc ita profectus est Iesus, nō vt prædicaret quemadmodū fecerat in Iudæa, nōdum enim illud tēpus aduenerat, sed vt lateret. Nam domū ingressus est, latere cupiens, sed fama latentem prodidit. Hoc datum est inuincibili Iudæorum maliciæ, ne queri possent sibi prælatas nationes impias & prophanas. Itaq; miraculū quod illic gessit, nō affectatum, sed casu oblatū, ac propemodū extortum videri voluit. Igitur vbi rumor late sparsisset adesse Iesum, cuius fama paulatim gliscēs Iudææ terminos exierat: mulier quædā Chananæa è finibus suis egressa, nō est ausa propius accedere ad Iesum, ne impura, purū contaminare videretur: sed procul clamore miserabili cōpellat: Miserere mei fili Dauid, narrās sibi filiā esse domi, misere vexatā à dæmonio. Hic Iesus, ille misericors & exorabilis, qui solet omnib9 obuius esse, & expositus: quo simul & mulieris cōstantissimam fidē omnib9 patefaceret, & Iudæis suā pertinacissimā incredulitatem exprobraret, simulq; doceret nos quantū valeant apud deū improbæ preces ex humili corde profusæ: adeo cōtempsit supplicē ac vociferantē præ dolore animi, vt nec respōso dignaretur, videlicet Iudaicam quandā arrogantiam specie exprimens, quod Iudæi Chananæos veteres hostes & idolorum cultores, habeant abominandos, seq; cōtaminari

nari putent si vel colloquiũ cum illis misceant. Et in hoc affectu tum tẽporis adhuc erant apostoli. Nõ destitit mulier, quãuis repulsa. dolor & fides illam reddebat improbam. Sequitur à tergo, vociferatur lamentabili voce, Miserere mei domine, fili Dauid. Discipuli nõdũ intelligẽtes quid ageretur, pudore cõmoti potiusquã misericordia, ob improbũ clamorem, alienigenæ mulieris, interpellant Iesum, rogãtes, non vt misereretur calamitosæ, sed vt improbã ablegaret aliquo respõso. Iesus itaq; respõsum addit, repulsa priore durius, quo magis ac magis admirabilẽ redderet Barbaræ mulierculæ cõstantiã ac modestiam: & huius exemplo Iudæis suam exprobraret arrogãtiã. Nõ sum inquit, missus nisi ad oues perditas domus Israeliticæ. Nam hoc quoq; titulo sibi mire plaudebãt Iudæi, qđ genus essent Israhelis. Mulier adeo non est defatigata tot repulsis, vt ausa sit propius etiam accedere ad Iesum, & accidẽs ad genua, Dñe, inquit, opitulare. Nõ refellebat quod dixerat Iesus, sed precibus iteratis conabatur obtũdere. Non obtexit ius, nihil aliud flagitat quàm misericordiã. Nec hic cõtentus Iesus, pergit adhuc tentare mulieris modestiam improbitatẽ, Nõ decet inquit, sumere panẽ filiorũ, & proiicere canibus. Panẽ appellans fructum Euangelicũ qui fide constat: filios Iudæos, qui patre deo gloriabãtur: Canes, alienigenas, à religione, cultuq; dei alienos. Quis Iudæorum huiusmodi

conuicio nō fuiſſet irritatus? At mulier nec recuſat ca
nis cognomē, nec Iudęis inuidet honorificū titulum
filiorum, ſed dominos etiam eos appellans, quos Ieſus
vocarat filios. Amplectitur reſponſum in ſpecie contu
meliofum, & ex ipſo, quò videbatur omnino repulſa,
arripit anſam ne poſſit repelli. Nō inficior, inquit, Iſra
helitas eſſe filios, nos eſſe canes: & ideo nō ſum omni
no repellenda. Nō illis pręripio ſuum panem delicatū,
quo veſcuntur accumbentes in menſa patris: hoc tan
tum peto, quod domini nō ſolent negare canibus. Di
ues eſt menſa talium, mihi ſatis eſt, ſi contingāt micæ,
quę decidunt de menſis illorum. Tunc Ieſus admirat⁹
tam infatigabilem conſtantiam alienigenæ, veluti vi-
ctus, dixit: O mulier, non poſſum amplius repugnare
tuis precibus, magna eſt fides tua, qua me cogis. Fiat
Et quū itaq; tibi ſicut vis. Ac mox hoc ipſo in tempore com
trāſiſſet pertum eſt filiam fuiſſe à dęmonio liberatā. Hoc vnū
inde. miraculum quū Ieſus ad ſuā gentē prouocandā in cō
finio Sidoniorū ac Tyriorū, veluti coactus ædidiſſet,
in Iudęā ſeſe recepit, vt declararet, quanto propenſior
eſſet in ſuos, q̄ in alienigenas, ſi modo beneficiis vin
ci potuiſſent. Venit autem ad lacum, qui dicitur mare
Galilęę, atq; illic conſcenſo mōte, ſedebat, vt ſeceſſu lo
ciq; difficultate paulatim ad firmitudinē eueheret fidē
ſuorū. Mox cōfluebāt ad illū multi greges hominū,
adducentes ſecū mutos, cęcos, claudos, debiles, alioſq;
diuerſis

diuersis morbis obnoxios:quorũ tam ingẽs erat multitudo,vt eos abiicerẽt ad pedes Iesu. Ille vel ex itineris difficultate,satis perspecta fide illorum,sanauit omnes:tanta celeritate tã multos,vt multitudo quę venerat,vehemẽter obstupesceret, quũ videret subito recepisse visum,qui modo fuerãt cęci:loqui,qui fuerãt muti:ambulare recte, qui fuerãt claudi: integris esse membris,qui fuerant debiles.Et glorificabãt deum Israhelitici populi,qui tãtis beneficiis dignaretur gentẽ suã. Hæc populi gratitudo fecit,vt vltro beneficiũ beneficio cumularet.Quum enim sciret Iesus multitudinem tertiũ iam diem hærere sibi:tantus erat ardor erga Iesum:& si quid attulissent secum viatici, id iam dudum esse consumptũ:& multos periclitari fame,ad hęc iter esse longũ,nec vicos vllos aut oppida esse in propinquo,conuocat ad se discipulos suos,& ait:Miseret me multitudinis.Iam enim triduũ est,quod hic mihi adhęrent in deserto,nec habẽt quod edant:nec eos volo dimittere ieiunos,ne deficiant in via prolixiore,quàm vt à ieiunis peragi possit . His dictis submonebat discipulos suos superioris miraculi,quo pauerat aliquot hominum milia.At illi rudes adhuc,& obliti priorũ, quasi iussi pascere tantam hominum turbam, solliciti perplexiq; respondent: Vnde igitur nobis tantã vim panum comparemus, vt sufficiat tam numerosæ multitudini?Hæc simplicitas & obliuio discipulorum mi-

raculi magnitudinem illustrauit. Desperantibus igitur illis, Christus peragit miraculi negocium. Rogat eos, quot haberent panes. Respondent: Septem, cum pauciscisciculis. Et cõtinuo iubet eos discũbere in terra. Ac sumens in manus panes septem cum obsonio: posteaquam sublatis in cœlum oculis, gratias egisset patri, fregit, tradiditq; discipulis suis: illi distribuerũt populo. Comederũt omnes vsq; ad saturitatem, & in tantum non defuit quicquã, vt ex collectis his quę super fuerant, implerentur corbes septem. Erant autem qui comederãt numero quater mille, pręter pueros ac mulieres. Iesus autem tot tam insignibus ęditis miraculis in monte, ne plus satis accẽderet populũ in admiratio nem sui, pręsertim cum hæc corporalia beneficia nõ in aliud adhibebãtur quam vt euãgelicę doctrinę, qua sanãtur & pascuntur animi, cõciliarẽt autoritatẽ dimissa turba nauigio profectus est in terram Magedã.

CAP. XVI.

HIC agentẽ adeunt rursum Pharisæi quidam & Sadducęi, secta quidẽ diffidentes, sed ad insidias struendas Iesu, concordes. Ac subdole rogãt illum, vt signum aliquod ęderet ẽ cœlo, quasi posthac illi credi turi sint si id fecisset: quũ nihil aliud captarẽt quam occasionem calũniãdi. Iesus autem quum animaduerteret, post tot ędita miracula, adhuc in sua perseuerare malicia, ingemuit spiritu, & ait: Hypocritæ, aliud ore pro-

mẽtes,

mentes, aliud in corde cęlātes. In rebus leuioribus no stis, obseruato cœlo, prędicere, quod tēpus postridie sit futurū. Etenim cū videtis solem occidentē, dicitis: Cras erit serenitas, rutilat enim cœlū. Rursum vbi ma ne videtis solē orientē, ilico pronūciatis, eo die futurā tēpestatē, ꝙ rubeat triste cœlū. Ex habitu facieíq; cœli cōspecta nostis diuinare an tēpus idoneū sit futurū iti neri, nauigationi, sementi, messiíue, aut aliis rebus ad cor poris vsum pertinētibus: & in noscēdo tēpore, quod adfert salutē animarū tā estis stupidi/& oscitātes! Tene tis scripturas, videtis quæ gerātur, conspicitis innoua ri mundum, & nondum intelligitis adesse tēpus illud/ à prophetis prędictū, totq; seculis expectatū! Ex vno signo pronūciatis futuram serenitatē, aut tempestatē: ex tot signis, quæ quotidie videtis, non intelligitis id quod adest! Si prodigiis meliores reddi potuissetis, iā pridem crederetis mihi. Nunc signum flagitatis, quo reddamini deteriores, O nationē prauā & adulterinā, longeq; degenerātem à maioribus suis, quorum titu/ lis se venditat. Ostentum subdole quęrit è cœlo, quod calumnietur, sed hoc olim illi dabitur quod horreat, nō quod carpat. Interim nō dabit̄ illi portētū nisi è terra, qđ frustrabit̄ omnes illorū conat⁹, quū viderint rediuiuū, quē putabant extinctū, ac sepultū. Prodigio sum illis videt̄, qđ accidit Ionę prophetę. Dabit̄ illis si mile prodigiū, sed admirabili⁹. Hoc ęnigmate significa/

cabat dominus Iesus,se prius occidendũ ac sepeliendum ab illis,quem nihil aliud existimabant quã hominem,ac mox diuina virtute reuicturum.His igitur cum sua cæcitate relictis,Iesus nauigio trãsmisit lacũ: ac discipuli per obliuionem nõ prospexerant sibi de panibus priusquã nauim conscẽderent.Nam vnicum dũtaxat panem habebant in naui. Iesus igitur vt vel licaret illis memoriã:Cauete, inquit,etiam atq; etiam á fermẽto Pharisæorũ ac Sadducæorũ:videlicet obscure taxans Iudaicam illorũ superstitionẽ, quod magnum quiddam esse putabant,his aut illis vesci cibis: quũ ante docti fuissent,his quæ intrant in os, nõ inquinari hominẽ. Hoc dicto,discipuli,quãquã quid sibi vellet,nõ intelligẽtes:tamẽ admoniti sunt,qđ obliti fuissent,naui imponere cõmeatum.Hac igitur de re sollicitos,Iesus obiurgat, incusans illorũ tarditatem: qui toties docti dictis,simul ac factis, penitus ex animo profligandã de victu sollicitudinẽ,adhuc rerũ huiusmodi cura distinerẽtur : O parũ mihi fidentes inquit,quur hęc cura torquet animũ vestrum,quod panem obliti sitis,quasi quicquã nobis defuturũ sit,etiã si vos nõ prospexeritis ? An nõ docui,primũ omniũ quærendũ regnũ dei, hæc vltro adiicienda ? An non bis iam vidistis,tantæ multitudini nõ defuisse cibũ? Tot modis docti,monitiq; nondũ intelligitis, nõdũ meministis? Adhuc cor habetis huiusmodi curis obcæcatũ

cæcatum,& pharisæorũ more: quod cernitis oculis, nõ videtis:quod auditis auribꝰ,perinde est quasi non audiatis. An excidit, qđ nup vobis,nõ solum testibꝰ, verũetiam ministris gestum est: quũ quinq; panibus hordeaceis ac duobꝰ piscibꝰ saturarẽtur quinq; homi num milia? Quũ esset tãtus cõuiuarũ numerus,quũ esset tam parcus apparatus, quot cophinos implestis ex eius cõuiuii reliquiis? Respõdent illi: Duodecim. Ac rursum quũ vobis distribuẽtibus septem panibꝰ, & paucis piscibꝰ expleti fuissent quatuor hominũ mi lia, quot cophinos implestis ẽ reliquiis? Respõdent: Septem. Cur nondũ agnoscitis genus sermonis mei, quem ad curam rerũ corporaliũ trahitis: quũ is prospiciat animis magis, quàm corporibꝰ? Iam ex vobis oportuit coniectasse, quid sibi vellet ænigma qđ dice bam, cauendũ à fermẽto pharisæorũ & Sadducæorũ. Iam docueram nihil referre, quo cibo vescamur, iam multis modis inculcarã his qui rem tractant Euãgeli cã, huiusmodi sordidas curas prorsus abiiciẽdas. Hac obiurgatiũcula discipuli facti attẽtiores, intellexerunt quod Iesus sensisset diligẽter cauendũ à doctrina pha risæorũ, quæ nihil habebat syncerũ, sed ambitione, auaricia, liuore, cęterisq; vitiis esset corrupta: quũ Euã gelica doctrina nihil huiusmodi sapiat. Illorum enim doctrina, magis infici hominẽ, quàm pasci: & ob id diligẽter esse cauendũ quod falsa specie pietatis solent

Quare nõ itelligitis.

icau

incautos fallere, quum sit merũ verę pietatis venenũ.
Venit autem Iesus. Hic vbi Iesus venisset in regionem Cęsareę ciuitatis, quã Philippus Tetrarcha in honorẽ Cęsaris sic appellauit, fratrẽ Herodẽ imitatus, qui ei cui prius fuit nomẽ turris Stratonis, vertit nomẽ, & appellauit Cęsareã. Voluit periculũ facere, quãtum profecissent discipuli, ex tot sermonibus auditis, ex tot miraculis cõspectis: & an aliquid sublimius de se sentirẽt quã vulgus. percõtatur igitur illos, dicẽs: Quẽ dicũt homines esse filiũ hominis? Aiunt: Alii Ioãnem baptistã. Sic enim suspicati sunt Herodiani: alii Heliã, quod is raptꝰ esset: & ideo nunc suspicarẽtur apparere iuxta prophetiã Malachię: alii Hieremiã, quod is typum gereret Christi, quodq; de illo dictũ esset: Ecce constitui te hodie super gẽtes & reges, vt euellas, & dissipes, & plãtes, quæ vere erãt in Christo cõplenda. His auditis Iesus, vt certiorẽ aliquã ac sublimiorẽ eliceret professionẽ. Vos, inquit, quos oportet me rectius nosse, quẽ me esse dicitis? Hic Simõ Petrus, vt erat amãtissimus Iesu, tanquã futurus ordinis apostolici princeps, omnium nomine respõdit: Tu es ille Christus, filius dei viui. nõ suspicionem proferẽs, sed certa & indubitata sentẽtia profitẽs illũ esse Messyã à prophetis ꝓmissum, singulari quodã more filiũ dei. Hac tã alacri, tãq; solida professione delectatꝰ Iesus: Beatus es, inquit, Simõ fili Ioãnis. Istã vocẽ nõ tibi suppeditauit affectus humanus, sed pater cœlestis,

cœleſtis,afflatu ſecreto ſuggeſſit animo. Nullus enim digne ſentit de filio,niſi patris inſtinctu,qui ſolus nouit filiū. Atq; ego viciſſim,ne gratis me tā magnifico teſtimonio ornaris,illud affirmo,te vere Petrum eſſe, hoc eſt,ſolidū lapidē,nō huc aut illuc vacillantē variis opinionib9 vulgi, & huic ſaxo,tuę profeſſionis,ſuperſtruā eccleſiā meā:hoc eſt, domū & palatiū meū, quā ita cōmuniā innixā immobili fundamēto, vt nullę vires regni tartarei valeāt illam expugnare. Multis machinis vos impetet Satanas,cōcitabit in vos impiorū ſpirituū cohortē, ſed meo p̄ſidio ſtabit ędificiū meū inexpugnabile, nitens munitū ſolida profeſſiõe. Regnū cœleſte eſt eccleſia:regnū diaboli eſt mūdus. Ab hoc non eſt ꝙ quiſquā ſibi metuat, modo Petrus ſit: hoc eſt,tui ſimilis. Atq; huius regni cœleſtis claues tibi ſum traditurus.Cōuenit enim vt illic primus ſit autoritate, qui primus eſt fidei profeſſione & charitate. Et eſt quidem interim iſtud regnū cœlorū in terris, ſed cōmerciū habens cum cœlo,vnde pēdet. Proinde qui peccatis adhuc obſtrictus eſt,ad regnum pertinet inferorū:nec poteſt ingredi regnū cœlorū. Ingredietur autē ſi apud te profeſſus,qđ tu ꝓfiteris,per baptiſmū ſoluat̄ à peccatis:atq; ita te duce,teq; fores reſerāte,ingrediet̄ regnū cœloꝝ. Hęc mea peculiaris ē poteſtas,cōdonare peccata:ſed hāc poteſtatē,tibi quadātenus impartiam,vt quod tu meis clauibus acceptis ſol

ueris

ueris super terrā apud homines, solutū sit & in cœlis, apud deū. Cōtra quod tu in terris alligaris, alligatū sit & in cœlis. Cōprobabit enim deus tuū iudicium, ab ipsius spiritu profectū. Hęc locutus Iesus, præcepit discipulis suis vt hanc magnificā de se opinionē, adhuc apud se seruarent: neq; cuiquā cæterorū aperirent, q̄d ipse esset Messyas. Prius enim erat peragēdū sacrificiū crucis, & declaranda naturæ humanæ veritas. Deinde per resurrectionē, & spiritum sanctū declarāda diuinitas. Quanq̄ enim Petri vox collaudata est à Christo, veluti iam ꝑficientiū, & paulatim emergentiū ad pfectiora, tamē adhuc somniabāt regnū quoddā nō omnino dissimile mundano. Et ob hæc Iesus obscure, quasiq; per ænigma Petro ius clauiū pollicitus est, nō cōtinuo tradidit. Nondū enim erat idoneus qui vteretur, haud dum satis edoctus magisterio spiritus cœlestis. Atq; ideo iesus reuocat eos ad mysteriū crucis, ac mortis suæ, quo regnū illud erat parandū, deuicto diabolo, & abolitis peccatis, quo min⁹ animis ꝑturbarētur, quū hęc viderent accidere, quę sciebāt paulo post esse ventura. Maluerāt illi gloriari, in potente illo ac sublimi filio dei viui: sed in hoc nemo vere potest gloriari, nisi qui nō fuerit offensus eiusdē humilitate. Cœpit igitur Iesus suos ad hanc tēpestatē, quæ imminebat, ꝑparare, indicans eis sibi prius eundū esse Hierosolymā, séq; multis malis affligendū à scribis ac pharisæis,

Exinde cœpit iesus ostēdere.

risæis atq; etiam à primariis sacerdotibus. Deniq; & occidendũ esse, sed tertio die reuicturum. Hũc sermonem quum discipuli carnales adhuc nõ satis intelligerent, quod hæc iudicarent indigna eo, qui tot miraculis declarasset se filium dei: nõ ausi sunt tamẽ interrogare dominũ quid sibi vellet mori, & resurgere. Petrus itaq; quem præcipuus quidã amor erga præceptorem semp fecit cæteris audaciorẽ, abducit eum à reliquis apostolis quasi familiarius aliqd dicturus. Et increpans illũ, atq; abominans mortis, & afflictionũ mentionẽ: Propicius, inquit, esto tibi dñe: nõ contingent ista tibi. Siquidem in te sitũ est, vt nõ eueniant. Quanq̃ enim Petrus afflatu patris magis quàm suo sensu pronũciauerit eum filiũ dei viui, procul aberat, tamẽ ab intellectu illius arcani, qđ iesus sua morte redẽpturus esset genus humanũ: & resurrectione declaraturus orbi potentiã diuinæ virtutis. Hũc igitur affectũ, vt in suis corrigeret Iesus, conuersus est, & intuitus discipulos suos, quos sciebat similiter affectos esse, tametsi solus Petrus ausus fuerat increpare dñm, ait Petro: Abi post me Satana. Desine aduersari volũtati patris mei: tuũ est sequi me, nõ pręire. Nũc obsistis, impedire studẽs qđ ob salutem humani generis, & pater vult fieri, & me facere decet. Cupis esse socius regni, & obsistis ad crucẽ vltro properãti, qua regnũ hoc afferã patri. Qua me videtis ire, hac est vobis quoq; tẽdendũ ad regnũ cœlorũ.

Tu

Tu vero nondũ sapis ea quæ sunt dei, sed humanis affectibus ductus repugnas voluntati diuinæ. Ne obsta igitur inutilis monitor, sed à tergo sequẽs, discipulũ age potiꝰ quàm magistrũ. His dictis vbi iesus retudisset intẽpestiuam Petri improbitatẽ, cõuersus ad om̃es discipulos, cœpit pluribꝰ verbis explanare, quid esset qđ dixerat Petro: Vade post me. Quisqȝ vult, inquit, esse meꝰ discipulus, & particeps esse regni cœlorũ, sequatur mea vestigia: ac sicut videt me cõtẽptis om̃ibꝰ huius mũdi bonis, etiã vitam meã vltro impẽdere saluti hominũ & gloriæ patris, ita ille affectꝰ om̃es humanos abdicet oportet, paratꝰ ad om̃e mortis genus, Euãgelii causa: tollensqȝ & ipse crucẽ suã, me ad crucẽ eũtem sequatur. Sic pati beari est: sic affici ignominia gloriosum est. Sic occidi, est lucrifacere vitã. Scio nihil esse vita chariꝰ: sed sic cuiqȝ sua perdẽda est vita, si velit eam seruare, pditurus, nisi pdiderit. Lucro suo perdit, qui pdit ob euãgeliũ: vere pdit, qui deserto euãgelio, cõsulit vitæ tẽporariæ, & dispẽdiũ facit æternæ vitæ. Nemo tam stultꝰ est, vt vitę corporalis huiꝰ ac breuis iactura, velit vniuersum hunc mũdum lucrifacere: Quorsum eñi opes si interim perit ipse possessor. Ita dementis est tãti facere affectus suos, opes, aut etiam corpꝰ ipm̃, mox & alioqui periturũ, etiã si nemo occidat: vt hoĩm gratia, æternę vitę faciat dispẽdiũ, quàm qui nõ habet, frustra, habet cætera. Nihil igitͬ cuiquã tã

Tũc Iesus dixit discipulis suis.

tam charũ esse debet, cui⁹ lucrũ animæ suæ dispẽdio velit cõmutare. Nã cæterarũ rerũ iactura, põt vtcũq; sarciri, animæ dispẽdiũ est irrecuperabile. Qui pdit vitam suã mea causa, nõ pdit, sed mihi fœnerat, recepturus cũ lucro, quũ apparuerit maiestas regni mei. Neq; enĩ est quur anĩo deiiciamini, qđ ostẽderim ob Euangeliũ multa tolerãda tristia. Habitura sunt hæc breui finẽ, & ignominiã tẽporariã, sequet̃ æterna gloria. Siquidem fili⁹ hoĩs, quẽ videbitis cõculcatũ ab oĩb⁹, & habitũ ꝑ vermiculo aliquãdo vẽtur⁹ est alia specie, demõstratur⁹ oĩbus maiestatẽ, & gloriã pr̃is, stipãtib⁹ eum satellitib⁹ suis angelis. Tũc qui hic iudicat⁹ erat, & cõdẽnatus ignominiosa morte, iudicẽ aget oĩm & viuorũ & mortuorũ, redditur⁹ cuiq; prçmiũ ꝑ factis suis. Tũc morti addicentur æternę, qui hic vitã pluris fecerint, quàm me, & vita donabunt̃ immortali, qui mea causa vitã corporis ad tẽp⁹ cõtẽpserint. Nũc certaminis tẽp⁹ est, erit olim præmiorũ. Atq; hæc quidẽ fœlicitas, tũ absoluet̃, quũ visum erit patri. Neq; enĩ vr̃m est nosse tẽpus. Et tamẽ interim dabit̃ hui⁹ glorię gustus aliqs. Siquidẽ illud habete ꝑ certo. Sũt hic quidã astantes qui nõ gustabũt mortẽ, priusquã videãt filiũ hominis ostẽdentẽ maiestatẽ regni sui, quaten⁹ oculis corporeis cerni potest. Certe videbunt ante mortẽ regnum dei promere virtutẽ suã; iamq; paulatim vincere potentiam huius mundi vniuersam.

Fili⁹ eĩ hoĩs vẽtur⁹ est.

Amen dico vobis.

CAP. XVII.

POST dies sex Iesus volens aliquo pacto velut per somniũ exhibere suis eam speciem, qua olim venturus est iudex orbis, tres è numero discipulorum selegit, Petrum, Iacobum, & Ioannem huius fratrem: atq; his subductis in montem vehementer excelsum, procul ab hominum conspectu, transfiguratus est coram illis. Refulsit autem facies eius, in morem solis: ac vestimenta niueo quodam candore relucebant, qualẽ nullus fullo super terrã potest dare. Simulq; apparuit illis Moses & Helias, colloquẽtes cũ eo de gloria mortis, quam esset subiturus Hierosolymæ. Hoc ita visum est Christo vt his autoribus, quos plurimi faciebant omnes Iudęi, confirmarentur apostoli, neq; suspicarẽtur eum velle legem abolere: quũ adstaret illi Moses, neq; prophetas, quum adesset Helias: nec mortem vt ignominiosam abominarẽtur, quam tanti viri vt gloriosam prędicabant. Hęc visa sunt apostolis, veluti recens experrectis à somno: nam oculi grauabãtur. Nõ enim capiebat mortalis infirmitas, visionis magnitudinem. Expauefactis igitur, & attonitis, tam incredibili spectaculo discipulis. Petrus nõdum satis sui cõpos, sed totus raptus voluptate, ac maiestate spectaculi, quæ procul abẽsse videbatur, à mentione mortis: Domine, inquit, extruamus hic tria tabernacula. Tibi vnum, alterum Mosi, tertium Helię. Hoc visum est Petro consultius,

fultius, quàm Hierosolymis occidi. Nōdum sermonē finierat Petrus, ecce nubes lucida, obūbrauit apostolos, ne sublimitate spectaculi absorberentur. Et ecce vox patris, de nube sonuit iisdem verbis testificās de filio quib9 testimoniū illi prębuerat apud Iordanem baptizato: Hic est filius meus vnice charus, in quo si bi cōplacet animus meus, ipsum audite. Hanc vocem diuinæ maiestatis plenam, nec ferendā humanis auribus, quū audissent discipuli, procidētes in facies suas, maiorem in morē extimuerunt. Metuebant enim vitę suæ, quod didicissent deū ita loqutū: Non videbit me homo & viuet. At Iesus recepta priore specie, contigit eos manibus, ne suspicarētur esse spectrum: ac voce consueta notaqꝫ consolatus est illos: dicens. Surgite neqꝫ metuite quicquā. Porrò quū receptis animis attollerent oculos suos, neminem viderūt illic præter solum Iesum, talem qualis venerat in montē. Quū autē descēderent de mōte, priusquā redirent ad reliquū discipulorū cœtū, præcepit illis, ne cuiquā narrarent de his, quæ viderant, donec fili9 hominis resurrexisset à mortuis. Nam ante id tēporis sermonē & fructu suo cariturū, & fide. Ac discipuli quidē cōtinuerūt apud se, cōferētes inter sese, quid sibi vellet hoc qđ dixerat Iesus, postquā resurrexerit à mortuis. Adeo cor habebant obuolutū, vt ea vox toties audita, nō descēderet in pectus illorū. Sed scrupulus quidā cœperat animos

Et iterrogauerũt eũ discipuli. illorum, ex eo quod Heliã conspexerant assistẽtem Iesu, hũc inter eũdem proponunt illi. Quid est igitur, inquiũt, quod scribæ docẽtes aduẽtum Messyæ, dicere solcant ex autoritate Malachię, quod priusquam sit venturus Messyas, vẽturus sit Helias Thesbites, At is nõ pręcessit aduẽtum tuũ, sed hodie demũ visus est in monte. Quibus Iesus respondens, ait: Helias quidem vẽturus est, quemadmodum dixit Malachias, & iuxta prophetiam præcurret aduẽtum meũ, ac restituet omnia, cõuersis ad Euangeliũ Iudaicæ gentis reliquiis, ne condẽnetur tota natio. Verũ is aduentus erit olim, cum rursus adero, cũ maiestate patris, redditurus vnicuiq; pro suis factis præmia. Quanquã & hũc meum aduentum præcessit Helias quidam, quem æque, atq; me contẽpserunt & fecerũt in illum, non pro meritis ipsius, sed quicquid ipsis collibitum est. Neq; mitius ab illis tractabitur filius hominis. Tũc intellexerũt discipuli quod Ioannẽ baptistam diceret Heliam ob vitæ similitudinem, & in carpendis regibus libertatem. Cæterum vbi iam iret Iesus ad discipulos suos, vidit ingentẽ hominũ multitudinẽ circum illos, ac scribas

Et quũ venisset ad turbam. disputãtes cum illis. Populus autẽ admiratus, quo abisset Iesus accurrit, & salutauit eum. Ille rogat quid esset, quod inter sese disputarent. Tum quidam ẽ turba respõdit: Magister, adduxeram ad te filium meũ, qui misere vexatur ab immũdo spiritu, qui quoties illum

corri

pit,alliditur puer in terram,alias in ignem, nõnunq̃
in aquam impellitur, spumat,stridet dentibus, & cõta
bescit. Et quoniam tui non erat copia,rogaui discipu
los tuos,vt eiicerent dæmonium,nec potuerũt. At Ie
sus vt omnium incredulitati mederetur,velut indigna
bundus exclamat : O natio incredula, quàm diu fru-
stra versabor apud vos, quã diu feram mores vestros
intractabiles ? Tot miraculis æditis nihil proficio, si-
mulq́ iussit puerum adduci, quo miraculũ redderet
omnibus magis conspicuũ, & insigne. Qui cũ addu-
ctus esset, & à Iesu cõspect⁹, protin⁹ ibi in oculis om
niũ corripuit eum spirit⁹, & elisus in terrã volutabat̃,
spumãs, miserabile spectaculũ. Tum Iesus, quo magis
etiã illustraret magnitudinẽ mali, percõtatus est patrẽ,
quãtũ esset tp̃is, q̃d hmõi malo vexari cœpisset, Pater
respõdẽs, ab infantia, inquit, nec sine vitę periculo. Nã
freq̃uẽter illum egit, nũc in ignẽ, nũc in aquã, vt pde
ret. Scio morbũ atrocẽ esse, at tñ si q̃d potes opitulare,
miser⁹ nr̃i. Iesus audito si q̃d potes, subtaxãs imbe
cillitatẽ fidei, quasi morb⁹ vllus esset potẽtior virtute
diuina, ait illi: Noli quærere quid ego possim efficere,
sed vide num tu possis credere. Etenĩ si plene cõfidas,
nihil est tã difficile, q̃d nõ possit cõtingere fidẽti. Ad
hanc vocẽ pater fiducia cõcepta, speq́ certiore, profu
sis lachrymis exclamãs respõdit : Credo domine, sed
etiã si quid deest fiduciæ meæ, supple de tua bonitate,

 & ad-

et adiuua incredulitatem meã. Interim quũ Iesus cõ spiceret cõcurrentem populi multitudinẽ ad spectaculum, auidã vidẽdi, num succederet Iesu quod discipulis nõ successerat, cõminatus est spiritui immũdo dicens: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ne post hac repetas eum. At spiritus cũ eiulatu, recessit à puero, sed prius adeo vehemẽter discerpto, vexatoq́, vt mortuo similis iaceret, multiq́ confirmarent esse mortuũ. Adeo tenax erat mali vis. At Iesus correpta manu pueri, erexit illũ in pedes, & ille surrexit. Vt ægre credebat pater, ita ægre sanatus est filius. Interea mœror quidã, occupauit discipulorũ animos, metuẽtes, ne qua culpa sua, perdidissent potestatẽ ædẽdi miracula, quũ antea gloriati fuissent, etiam dæmones sibi esse dicto audientes: apud multitudinẽ quidẽ pudore silent, cæterũ vbi Iesus esset ingressus domũ adeunt magistrũ, & interrogant eum: Quare nos nõ potuimus hoc dęmoniũ eiicere, quũ potestas hęc abs te nobis semel sit tradita? Iesus vt suorũ etiam fiduciam confirmaret, quam oportebat esse tantã, vt nõnunquã & alienæ diffidẽtiæ posset esse præsidio, ait: Imbecillitas fidei vestræ partim fuit in causa. Nam & morbi vis erat atrox, & patris erat vacillans fides, nec vestra tam erat pollens, vt par esse posset vtriq́ difficultati. Est enim nõnihil diluta humanis affectibus, & inanis gloriæ fermẽto vitiata. Quod si habueritis fidẽ

dem similem grano sinapis, quod quũ sit cõtemptũ ac minutũ, tamẽ attritũ exerit acrimoniã naturæ suæ, & humo conditũ emergit in arborẽ spaciosam, nihil esset tam arduũ quod nõ ilico dicto cõficeretur. Etiã si diceretis mõti, moue te istinc, ac demigra in alium locũ, facturus est absq; mora, quod iussus est facere. Cæterũ hoc genus dæmoniorũ, quo puer ille teneba tur, nõ eiicitur, nisi fides, precatione, & ieiunio cõfir-metur. Tenax erat malis vis, & iam multo tẽpore ver sum erat in naturã. Aduersus huiusmodi vitia pugnã dum est ieiuniis, quæ corpus attenuatũ spiritui subii ciũt, & deprecatione, quæ diuinũ impetrat subsidiũ. Hoc sermone docuit Iesus atrocia diuq; cõsueta ani mi vitia, remediis grauioribꝰ oportere propelli. Cæte rum quũ iam ageret in Galilæa, Iesus quo magis pręmuniret animos discipulorũ suorũ, ne supra modũ cõturbarent̃ morte sua, rursus iterat & inculcat eis, q̃d filius hoïs tradẽdus esset in manꝰ hoïm, q̃d q; foret ab illis occidẽdus q̃d q; tertio die resurrecturꝰ à mortuis. Hic sermo maiorẽ in modũ discruciabat animos di-scipulorꝝ qui sic adamabãt dñm suũ, licet affectu quo dam adhuc carnali, vt aures illorꝝ nullã paterẽtur mor tis mentionẽ. Nõdũ enim intelligere poterãt, q̃d Mo ses & Helias Iesu mortẽ, gloriã appellarant, quodq; mors illa salutẽ esset paritura toti mũdo. Quãquã aũt vt ad mẽtionẽ mortis cõtristabant̃, ita ad resurrectio-

Cõuer santibꝰ autem eis.

nis mentionẽ debebãt exhilarari, tamẽ intãtũ abhorrebat anim9 à cõmemoratione supplicii, vt plane nõ caperẽt quid esset mori, ac mox tertio die reuiuiscere. Existimabãt enim melius esse nõ omnino mori, quãdo id sibi præstare poterat, qui poterat à morte reuiuiscere. Vbi vero venisset ad vrbem Caparnaum, qui Cæsaris nomine tributa exigebant, veriti compellare Iesum, ob autoritatem, quã sibi iam miraculis comparat, adiere Petrum, quem videbant illi ferè proximũ: Magister, inquiũt, vester num soluit didrachma? Petrus quum pecuniam non haberet, nec vellet offendere tributorũ exactores, respõdit illum soluere, nam hacten9 huiusmodi tributa soluerat etiam Iesus. Quũ q₃ iam domum essent ingressi, nam illic domicilium habebat Iesus, Petr9 anxius, habebat in animo loqui Iesu de soluendo tributo, promiserat enim, nec habebat quod daret. Tum Iesus nõ inscius quid in animo volueret Petrus, præuenit illius interrogationem: Simon inquit, quid tibi videtur? Reges à quibus solent accipere tributum, aut cẽsum, à filiis ne, an ab alienis? Ab alienis inquit Petrus. Tum Iesus ergo, inquit, filii sunt immunes, obscure subindicans se terræ, marisq₃, & omnium rerum dominum, nulli mortali principi debere tributum aut censum, nec suos discipulos vt filios regni teneri, sed tamen docere volens in huiusmodi rebus, quę nihil faciunt aduersus pietatem, nonnunquam

Et quũ venisset capar naum.

quam obsequendum huic hominum generi, ne provocati grauiora peccent subiecit: Attamen, inquit, ne simus illis offendiculo, abi ad mare, & eum piscē qui primus ad te prodierit, tolle. Aperto ore eius, inuenies statherem, hoc est drachmas quatuor. Eum tolle & da illis pro me & pro te. Hoc facto Iesus simul ostendit, & suam potentiam qua nulli subiiciebatur, & modestiam qua cedi volebat iis, quos ob rē vilem, & aspernandam non expedit irritari. Etenim qui sic dare potest, maior est, quā qui debeat, & tamē qui dat quod nō debet, docet aliquoties esse pręstabilius de iure tuo decedere, quā cum improbis de iure contendere, praesertim in hisce rebus quę facultates atterūt, non lędūt autem pietatem. Habet & mūdus ordinem suum, quē per occasionem Euāgelicæ libertatis, non oportet omnino confundi.

CAP. XVIII.

HIS ita gestis subiit apostolorū animos humanus quidā affectus, ac stimulus liuoris, & ambitionis. Audierāt de regno cœlorū, viderāt tres apostolos seorsum abductos in mōtē, audierāt Petro traditas claues regni cœlorꝝ, eiq; dictū Btūs es Simō Bariona, & super hāc petrā ędificabo ecclesiā meā: cōspiciebāt illū familiarius quędā & audacius colloqui cū dño: Ac mō viderāt illū cęteris aplis pl̄atū in soluēdo tributo, quodāq; modo ęquatū Christo. Itaq; Petro subinuidebāt cui videbatur principatus regni cœlorꝝ destinatus,

quũ esset ille natu minor. Adeunt igitur Iesum, & rogãt quis esset futurus primas in regno cœlorum. Adhuc enim somniabãt tales quasdam dignitates, quales videmus in principum aulis. At Iesus vt penitus eximeret hunc affectum ex animis eorum, puerum quendam ad se vocatum statuit in medio discipulorũ paruulum, & adhuc alienum ab omnibus affectibus ambitionis, & inuidiæ, simplicem, purum, soloque naturæ ductu viuentẽ. Illud, inquit, habetote certum, nisi quis totus fuerit immutatꝰ, ac prorsus abiecerit omnes affectus istiusmodi, ac transformatus fuerit in habitum, & simplicitatem huius pueri, ne recipietur quidem in regnum cœlorum. Tantum abest vt ambienda sit eminentia. Proinde qui se deiecerit, & efficiatur huic paruulo similis, hoc ipso maximus erit, quod sit minimꝰ in regno cœlorũ. Etenim qui modestia minimus est, is virtute est maximus. Principes amant sui similes, & apud hos maiore in precio est, qui cęteris submotis se met anteponit. Ego mei similibꝰ delector. In aulis huius mundi, princeps ad sui cõtumeliã pertinere putat, si quis, quem ẽ summatibus affecerit cõtumelia, & in se collocatũ officium interpretatur, quod in illos fuerit collocatum. At hominum vere simplicium & humilium, tãta est apud me gratia, vt qui vnum quẽuis ex his receperit mea causa, mihi velim imputari, perinde quasi me receperit. Contra qui læserit vnũquẽlibet

bet ex his pusillis, aut offenderit, qui mihi fidunt, totiq; pendent ex me, pœnas daturus est atrociores quã si saxo molari collo illius alligato demergatur in profundum maris. Quid enim sceleratius quã eos offendere, qui nulli male volunt, qui nulli inuident, nulli se preferunt, qui omnes amant ex æquo? Sed heu male erit mundo ob scandala offendiculaq; similiũ paruulorum. Hominum peruersitas in causa est, vt fieri non possit, quin accidãt offendicula. Erunt q liuore odioq; commoti, persequantur benemerentes, maledicant, bene precantibus, occidant salutem ęternam afferentes. Atq; hęc quidem offendicula, cedent in bonum eorũ qui patientur, imò in bonum totius mundi. Sed tamẽ male erit illi, cuius vitio natũ fuerit offendiculũ. Proinde qui cupiunt ingredi regnum cœlorum, diligenter vitent offendicula pusillorum, sed potius aliis alii vicissim sint adiumẽto. Neq; satis est cauere, ne quis alteri sit offendiculo, verũetiam ne quis ipse sibi accersat offendiculum. Tum enim vere sunt offendicula, quũ sibi quis est offendiculo. Nullus igitur affectus cuiquã adeo charus sit, quin amputetur ilico, si fuerit offendiculo properanti ad regnum cœlorum. Adeo vt si manus tua, aut pes tuus, videlicet membrũ in primis necessarium, tibi sit offendiculo, resecandus sit & abiiciẽdus. Vtilius enim est tibi, vt ad vitam ęternam recipiaris mutilus, aut claudus, quã vt integris manib9 aut pedibus,

dibus, totus conijciaris in ignem æternū. Oculus mē brum est non solum necessariū ad vsus, verūetiā gratissimū homini. Et tamen si hic forte tibi fuerit offendiculo, erue & abijce. Magis expedit tibi vt luscus admittaris in vitam æternā, quā vt vtroq; oculo incolumi totus præcipiteris in gehēnę incendium. Atq; hæc dicens, Iesus non sensit aliquod corporis membrum amputandū, sed affectus omnes amputādos, qui nos auocant à cura salutis æternæ. Nam amicus quo carere vix possis, veluti manus est homini. Pater cui inniteris pes est: vxor aut filius quem tenere deamas, oculus est. Vt igitur nihil tam preciosum tamq; magnificū esse debet homini, quo debeat auocari à regno cœlorum, Ita nemo quāuis pauper, obscurus, & humilis est contēnendus, sed adiuuādus potius, vt proficiat ad meliora. Habetis exēplum. Videte igitur, ne quem cōtēnatis ex huiusmodi pusillis. Quāuis abiecti sint apud mūdum, tamen apud deum magna est illorum ratio. Nam illud pro certo dico vobis angeli qui tanquam ministri curā habent illorum, assidue contēplantur faciem patris qui est in cœlis. Hinc ęstimare licet, quanti sint apud deum, quum illis tales addiderit custodes, ac pędagogos. Rudes quidem sunt, labi possunt, falli possunt, sed simplicitas subsidio digna est, non supplicio. Nā ideo filius hominis venit in terras, non vt perderet quēquā, sed vt quod in ipso est, seruaret omnes.

Sed

Sed multi seruari nolunt, & persequũtur seruare volentem. Hi sunt quos mũdus vt magnos suspicit. Autoritate pręminẽt, opibus pollẽt, eruditione pręcellunt vt videtur, admirabili quodã falsę sanctimonię pręstigio cõmendãtur. Hos nõ oportet quidẽ vltro prouocare, sed contẽnẽdi sunt fortiter: si metuẽtes suę potẽtię, potentiã opprimũt dei, si suæ gloriæ cõsulẽtes, inuident gloriæ Euãgelii. Si suo quęstui seruiẽtes, obstãt cõmodis omniũ. Si dum suã iactant inanẽ eruditionẽ viciãt doctrinã Euangelicã. Si sub prætextu falsæ religionis, extinctũ eunt veram religionẽ: si beneficiis efferãtur. Isti sibi imputent oportet suũ exitium. Cęterũ nobis hoc esse studio debet, ne quem perire sinamus ẽ pusillis & infirmis, qui sic errant vt sint sanabiles, ouibus si miliores quã lupis. Ex vestro sensu cõiecturam facite, quãtopere sit hoc studio patri, qui natura bonus est, ne quis hominum pereat, quos ideo cõdidit vt essent beati. Etenim si quis sit verus ac fidus pastor, domin⁹ ouium centum, atq; ex tanto numero perierit vna, nõ ne relictis nonaginta nouem in montibus, abit quęsiturus eã quę aberrauit à grege? Tantoq; desiderio maceratur vnius amissæ, vt reliquum gregem totum exponat periculo. Quod si contigerit, vt illam inueniat, pro certo dico vobis, ꝙ magis gaudebit ob vnam receptam / quàm de cæteris omnibus quæ non perierant. Proinde si sic est affectus homo pastor erga gregem

Quid vobis videtur.

gem suum quem possidet tantũ, non etiam condidit, quãto magis hęc est voluntas patris mei qui est in cœlis, ne quis pereat ex his pusillis quos cõdidit, quos sic habet curę, vt angelos suos horum custodiæ pręfecerit, quibus ad salutem reuocandis filium suum vnicũ impendit. Absint igitur à vestro contubernio offendicula, quę pacem dirimunt fraternam: sed adsit mutua charitas, qua vicissim alii aliorum erratis amanter medeamini, si quę inciderint. Porrò medicandi mod9 hic erit. Si quid admiserit in te frater tuus, qđ sit animaduersione dignum, ne statim prosilias ad vindictã, neue rursus silentio tuo sinas illũ perire dũ veluti vino lentus affectibus suis peccat impune, sed primum experire remedio quã maxime blãdo, quod ne pudoris quidem incõmodo fratrem aspergat. Adito illum solus solum, & nullis arbitris rem inter vos transigito: si nondum agnoscit culpam, argue illum & ob oculos pone quãtum aberrarit ab officio fraternæ charitatis. Talis autẽ sit admonitio vt declaret te nihil aliud quærere q̃ illius salutẽ & amicitię pristinæ sarturã. Quod si ille tam est sanabilis vt ad hanc secretã admonitionẽ resipiscat, non est quod vlciscaris, aut quod illum traducas: tibi satis est ꝙ lucrifeceris fratrem tuũ. Interim & tuo lucro consuluisti. Periturus enim erat tibi amicus, peritura erat deo anima. Quod si grauior est morbus q̃ vt hoc leuissimo remedio sanari queat, non est

Si autẽ peccauerit in te frat tuus.

prorsus

prorsus abiicienda spes, nec statim ad extrema reme/
dia veniendum. Sed si tibi soli non prębuerit aurē, rur
sus adito hominē, adhibito vno aut altero, siue vt pu/
dore mediocri corrigatur, qui nō progrediatur vsq;
ad infamiam: siue vt testimonio duorū aut trium pos
sit reuinci. Quod si tam est intractabilis vt nec pudo/
re, nec metu iudicii commoueatur, rem defer ad con/
gregationē, vt vel multitudinis consensu, vel eorū au/
toritate qui multitudini pręsunt emendetur. Quod si
vsq; adeo est insanabilis, vt nec secreta fraternaq; cor/
reptione, nec duorū/aut trium cōscientia, consensuq;,
nec prolati criminis pudore, nec primorū autoritate
corrigatur, illum suo morbo relinquito. Amputetur à
familiari consortio, nec alio loco habeatur q̄ si sit eth
nicus aut publican⁹. Sit hęc inter vos atrocissima pœ
na, quæ tamen non in aliud adhibetur, nisi vt aut pu
dore resipiscat frater, dum se videt ab omnibus vitari,
aut certe ne gregi admixtus alios inficiat suo cōtagio. Amen
Nec est qđ aliquis dicat mihi, diluta & imbecilla sunt dico vo
regni tui iudicia, imò seuerissima sunt, si quis contem bis.
net obstinate. Nam humanæ leges quum atrox faci/
nus puniunt capite, nihil aliud quā corpus interimūt
& nōnunquā occidunt, quem deus non condemnat,
& occidunt tantum, non emendant, posteaquā non su
perest qui possit emendari. At ista condēnatio quan/
quam lente procedit ad supplicium, tamen hoc nomi

né

ne est seuerissima, quod damnatum, nisi resipiscat manet æterna pœna, quam nulla ratione poterit effugere. Quem Cæsar damnat, nõnunquã absoluit deus, & quẽ absoluit princeps, aliquoties dãnat deus. Ille quẽ absoluit relinquit hoium cõsortio, quo faciat & alios sui similes: & quẽ occidit tollit ex hominũ consortio, non solũ non sanans, verũetiam efficiens ne sit qui sanari possit. Hęc sunt humana iudicia necessaria magis quàm laudãda. At vestra sentẽtia sic submouet hominem insanabilẽ, vt non possit synceros inficere, & tamen sit qui possit resipiscere, propterea quod vestræ potestatis sit seruare, non perdere. Nec tamen impune peccabunt, quibus per vos licet viuere. Manet illos æternum supplicium, iudice deo, cuius sentẽtia, vestrã sententiã approbabit, ni resipuerit damnatus. Etenim qui non quærit vltionẽ, sed correctionem fratris, qui paratus est admissam in se iniuriam remittere, qui sollicitus est de salute fratris, qui ad ægrotum ipse læsus vltrovenit vt illi medeaṫ, qui semel atq; iterũ repulsus, tamen non desistit à medicando, qui non fidit suo iudicio, sed vnum atq; alterum adhibet nõ ad vindictã, sed ad medelam: huius sententiam, quoniam proficiscitur ab animo Euangelico deus approbabit, nec vnquam rescindet, nisi damnatus damnarit quod admisit. Quanquam igitur vestrum iudicium, non habet in specie seueritatem eam, quam habent tribunalia

lia principum, tamen magis est formidandum quàm illorum sententia, qua sæpenumero percutiuntur optimi, & absoluuntur sceleratissimi. A deo damnari, formidabile est. Et ab illo damnatur quisquis à vobis syncero animo consentientibus, damnatur. Quod enim iudicatis spiritu dei, non vestrum est iudicium, sed per vos illius. Quod si damnaueritis aliquem humano spiritu, iam est iudicium humanum, non dei: & is qui vestra sententia fuerit deiectus à vestro consortio, non protinus est alienus à consortio cœli. Vis igitur vestræ autoritatis in affectibus est, quos solus deus intuetur. Hæ nimirum sunt claues, quas Petro me profitenti daturus sum, quibus, quod ligatum fuerit in terris, ligatum erit & in cœlis. & quod solutum fuerit in terris, solutum erit & in cœlis. Ea potestas tametsi primoribus maxime competet, tamen omnibus à me dabitur, si modo cõsensus accesserit nõ humanus, sed in meo nomine. Quin & amplius dicam vobis, Non solum valebit consensus vester in cõdonandis, aut damnandis cõmissis, si vos inter vos & si mecũ cõsentiatis, verũetiam si vel duo quilibet reperiãtur in terris, qui vere cõcordes meo spiritu, hoc est nõ cõmoti affectu humano sed concorditer amantes ea quæ dei sunt, ii quæcunq; petierint, impetrabunt à patre meo, qui est in cœlis. Adeo pater amat Euãgelicam, sanctãq; cõcordiam. Quũ igitur tantũ valeatis apud

apud eum principē, qui potest omnia, nō est qđ vos pœniteat vestræ potestatis, etiamsi apud homines, imbecilles & impotētes videamini. A Cæsare nō protinus impetratur qđ petitur, nec ille quicquid rogatur præstare valeat. Nec enim ille posset vel febrim depellere, vel muto linguā reddere. Nihil aūt tam est arduū aut incredibile, quod pater meꝰ nō sit vobis præstaturus, si cōcorditer ab ipso petieritis. Hæc quū diligenter auscultasset Petrus, existimās ad se potissimū pertinere quod de potestate damnādi & absoluēdi disseruerat Iesus, scrupulū aliquem cōceperat in animo, propterea quod Iesus dicēs post tertiam correptionē sit tibi velut ethnicus & publicanus, visus esset certū numerum præscribere: quē qui trāsgressus esset, etiamsi resipisceret qui peccarat, nō esset recipiēdus in gratiā. Hac igitur de re exactiꝰ docēdꝰ adiit Iesum: Dñe inquit, quoties condonabo fratri, si in me peccauerit, & post quotā culpam repelleretur à venia? Num post septimā? Hūc numerū proponebat Petrus velut abunde magnum, quū Iesus tertiæ duntaxat correptionis meminisset. Tūc Iesus ostendēs in his, quæ cōmittuntur in nos, oportere nos esse facillimos ad veniā. Non dico inquit, ignoscēdū vsq; ad offensam septimā, sed vsq; ad septuagies septimam: Indicās nullū esse præscribendū numerū ignoscentiæ Christianæ, sed quotiescunq; resipuerit qui peccauit, toties ex animo condonā-

Tūc accedens Petrus ad eum dixit.

donandā esse culpā: penitus eximens ex animo Christiano omnē vlciscēdi libidinem. Atq; id ne quis existimaret esse durū & iniquū, Iesus adhibita similitudine docet esse æquissimū. Nam hāc nō tam esse clemētiā quā pensationē. Etenim cū nos aliquādo vicissim peccemus in proximū, sed multo tum crebrius tum grauius in deū, in quem quoties delinquim⁹ hoc grauius peccam⁹, quo maior est is in quē peccamus, quoq; maiora ab illo beneficia cœpim⁹, indigni simus qui veniam impetrem⁹, vel à proximo vel à deo, qui vel milies peccanti cōdonat, si modo resipiscat, si fratri tāto leuius peccanti grauemur offensam remittere, præsertim cum deus hac lege nobis ignoscat cōmissa nostra, vt illius exēplo prouocati, faciles & exorabiles simus in ꝓximū. Ideo, inquit, regnū cœlorū simile est homini prædiuiti ac potēti: cui quū esset ingens familia, visum est inire rationē cum seruis suis. Et cum cœpisset subducere rationē, repert⁹ est quidā qui debebat illi decē milia talentorū. Porrò cū summa maior esset quā vt debitor esset soluendo, dn̄s iussit & ipsum & vxorē & liberos, & quicquid habebat rerū venum dari, vt ex conflato precio satisfieret creditori. Seruus autē ille supplex accidens ad genua dn̄i: Quæso, inquit, vt mihi spaciū aliquod cōcedas, & progressu tēporis om̄ia tibi resoluā. Porrò dn̄s misertus serui supplicis, ac prouoluti, plus indulsit quā ille petierat. Nō

solũ enim illũ non produxit in forũ, verũetiam cõdonauit illi totam summam. Porrò seruus ille iam liber quũ esset digressus à cõspectu domini sui, forte fortuna obuium habuit quendã è numero cõseruorũ suorum, qui debebat illi pauxillulum pecuniæ, nempe denarios centum: hic oblitus dominicæ erga se clementiæ protinus iniecta manu trahere cœpit miserum dicens: Solue quod debes. Ille conseru9 ad conserui genua procidens, totidẽ verbis obsecrabat eum quot ille dñm: Patienter age mecũ, & omnia resoluam tibi. At creditor inexorabilis, repulit supplicẽ, & pertraxit in carcerẽ, donec reddidisset quod debebat. Porrò cæteri conserui qui viderant miram clementiam domini in seruũ, vbi vidissent tantam crudelitatem conserui in conseruũ, dolore graui commoti, rem omnẽ denarrant domino. Ibi domin9 accensus ira, reuocauit ad se seruũ, cui condonarat omnia. Serue, inquit, male: nonne ego domin9 tantam summam tibi cõdonaui: non ob aliud, nisi quod supplex rogares me? Non igitur par erat vt tu conseru9 cõseruo paulũ pecuniæ cõdonares: & supplicis miserereris, quẽadmodũ ego tui miserit9 erã? Certe mea in te tam recẽs lenitas te docere debuit lenitatẽ in cõseruũ. Itaq; dñs implacabiliter iratus, tradidit eũ tortorib9 seruãdũ in carcere donec resolueret totã summã pri9 cõdonatã. Ad hãc imaginẽ vobiscũ aget pater vr̃ cœlestis. Illi nemo vr̃m nõ debet

bet plura, in quē nemo nō frequēter delinquit. Peccāt & hoīes in hoīes, sed lōge leuiora. Q đ nisi quisq; fratri suo remiserit leuiores offensas in se cōmissas, & remiserit ex aīo : pater nō solū nō cōdonabit vobis in se cōmissa grauiora, verūetiā q̄ cōdonarat, reuocabit.

CAP. XIX.

HIS sermonibus vbi Iesus ad beneficentiam erga simplices, ad lenitatem erga delinquētes instruxisset suos, relicta Galilæa, recepit sese in fines Iudææ trans Iordanē, velut occurrens ad futuram mortem, quam clanculum moliebantur pharisæi. Atq; eò quoq; sequuti sunt numerosi greges hominū, deportantes secū varios ægrotos: & sanauit eos illic. Ac rursus visis tot prodigiis, & studio multitudinis erga Iesum, recruduit pharisæorum inuidia : Qui callide & insidiose adorti sunt illum, occasione captata ex sermone quo prius docuerat, non esse repudiandā vxorem. Proponūt igitur cornutū problema: num phas esset quacūq; de causa repudiare vxorē. Qui si respōdisset esse phas, secū pugnare videret, quū docuisset nō licere repudiū. Si negasset, videretur aduersari legi Mosaicæ, q̄ pmittit, quauis de causa dare repudii libellū, ac dimittere. At Iesus ita tēperat respōsum, vt nec Mosi lædat autoritatē, nec suū dogma recantet, & pharisæis legis peritis autoritate legis os obturet: An non legistis, inquit, quod quum deus cōderet hominū genus,

sic instituit primũ coniugiũ, vt vnus vni indissolubili copula iũgeretur? Ex eadẽ enim massa finxit masculum & fœminã, vt horũ complexu propagaretur humanũ genus. Ac mox copulam indiuulsam exprimens mariti & vxoris, adiecit, nõ Moses, sed ipse conditor deus, Huius mutuæ charitatis gratia, deseret homo patrẽ & matrẽ, & adglutinabitur vxori suæ. Tãq; erit arcta coniũctio, vt è duobus quodammodo fiat vnus homo, qui prius fuerant duo, Itaq; semel matrimonio iũcti, iam non sunt duo sed vnum corpus, vt tam præter naturam sit vxorẽ à viro diuellere, quàm membrũ à corpore rescindere. Quod igitur de⁹ tam arcto vinculo semel cõnexuit, ne separet homo. Hic pharisæi iam ansam datã arbitrãtes qua Iesum prehẽderent. Si de⁹, inquiũt, hoc voluit quod interpretaris, quur igitur Moses fecit ius maritis, qualibet de causa abiicere vxorẽ, modo dent illi libellũ repudii? Qua frõte ausus est pmittere quod de⁹ fieri noluit? Respõdit Iesus: Nõ hoc vobis permisit quod rectũ esset natura, sed sciens duriciã cordis vestri, leuius malũ indulsit, ne grau⁹ à vobis cõmitteret. Neq; enĩ is probat diuortiũ, qui hoc maluit admitti quàm homicidium. Nec hoc efficit libellus repudii, vt rectũ sit repudiũ: sed testis est tuę duricię, qui, qualibet leui de causa expellas cõiugẽ, & illi prospicit de nouo marito, tibi ius adimens ne reuoces repudiatã. Verũ ab initio, quum nõdũ

nōdum increuisset hominū malicia, nec adhuc tot vitiis esset infecta natura mortaliū: quoniā nō erat tam atrox odium vt veneficia timerentur, aut homicidia, nō erat repudii licētia, neq; nūc relaxabitur idem ius, posteaquā Euāgelica doctrina renouat ac perficit naturæ synceritatē. Moses idē optabat quod ego doceo: sed mores vestri nimiū ad homicidiū propensi deterrebant illū ne auderet hoc à vobis exigere. Ego qui nō irrito legem, sed absolutiorē reddo, plane dico vobis nephas esse & præter mētem dei, & præter volūtatem Mosi: quod vulgo facitis, quauis de causa repudiātes vxores vestras. Nec enim ideo rectū est qđ facitis, quia facitis impune. Multa sunt apud deū flagitiosa, quę legib⁹ humanis nō puniunt. Proinde scitote, qđ quisquis ob quālibet causam abiecerit vxorē & alteram duxerit, adulteriū cōmittit: [redacted] Sed qui talibus de causis repudiarit vxorē, qualib⁹ vos subinde repudiatis, si se iūgat alteri, nō matrimoniū est, sed adulterium. Et qui sic repudiatam duxerit, nō vxorē suā ducit, sed alienā: & ideo non cōtrahit matrimoniū, sed cōmittit adulteriū. Sed horū malorū sūma recidit in caput repudiatoris. Primū enī præfract⁹ est & immitis, qui vitiū vxoris nec

ferre potuerit, nec voluerit mederi Deinde domo depulsę, quę sine marito nō potest viuere causam prębet adulterii cōmittēdi. His auditis, discipuli aiunt Iesu: Si hęc est cōditio maritorū, vt ab vxore si displiceat/nō possint absolui, pręstat abstinere à matrimonio. Dura siquidē seruit⁹ est domi ferre morosam, rixosam, temulentā, aut alio simili vitio molestā mulierē. Iesus nō improbat quidē respōsum discipulorū quos ꝓpter Euāgelii prędicationē cupiebat esse liberos à matrimonii seruitute, verū subindicat nō esse tutū vitare matrimoniū, nisi si quis ita firmo sit animo vt possit in totum temperare à coitu. Perpaucos autem esse qui possint. Propterea ꝙ hic affect⁹ corporis sic omniū est cōmunis, vt nō alius sit violētior, aut inuincibilior. Quāquā igitur liberius est nō illigari matrimonio, tamē tutius est intra cōiugii cācellos cōtineri, ꝙ̄ vago concubitu pollui. Iesus igit̄ subindicās quid esset optimū, & hūc inuitās, pręmio libertatis: non audet tñ exigere quod quodāmodo vires excedit humanas. Nō omnes inqt, capaces sunt huius sermonis, sed hi dūtaxat, quibus hoc datū est diuinitus, quos tātus habet ardor Euāgelicæ sanctimoniæ, vt hunc etiā affectū spōte, volētesꝗ negligāt. Nec enim alioqui laudē habet quāuis castus cœlibat⁹, nisi fuerit suscept⁹ studio pietatis Euāgelicę. Sūt enim eunuchoꝝ tria genera. Vnū eorū, qui sic nascūtur, qui vitio naturę frigidioris abhorrēt à re vxoria,

ria, aut alio quopiã occulto naturæ affectu. Alterũ eorũ, quos execuerũt homines: horũ castitas nullã meretur laudẽ, quod à necessitate proficiscat̃, nõ à studio virtutis. Sed habet Euangeliũ & suos eunuchos plane beatos, qui neq; natura spadones sunt, neq; ab hominibus execti, sed ipsi seipsos castrarũt propter regnũ cœlorũ, nõ amputato corporis mẽbro, sed ob amorẽ Euãgelii, deuicto affectu rei vxoriæ. Videtis palmã in medio positã, certet qui volet, ~~quicq; suis fidit viribus,~~ auferat brabiũ qui potest: fortiter & vltro certãtibus nõ deerit fauor Agonothetæ. Quoniã de puritate virginea fuerat sermo, deq; sublimitate virtutis heroicæ, quæ paucis cõtingat, tanquã per occasionen affertur exemplum, simul & absolutæ puritatis, & summę modestiæ: sine qua virginitas nihil ꝓmeretur laudis. Aderant parentes, qui cupiebant infantes suos offerre Iesu, vt eis manus imponeret, & pro ipsis deprecaretur: existimantes fore, vt quemadmodum viderant illius contactu fugere morbos, ita Iesu contactus seruaret eos à morbis, ruinis, dæmonio, cæterisque malis quibus ętas illa sępenumero perit. Ac discipuli, qui quãquã toties audissent de summa modestia, nondũ tamẽ penitus exuerant humanos affectus: existimantes indignum magnitudine domini sui, infantiũ ac matrũ improbitate detineri lassariq;, ꝓhibebãt accedere cupientes. Hos animaduertens Iesus, quo magis ac ma-

Tunc oblati sunt ei paruuli.

gis insigeret animis suorum Euãgelicam modestiam quę nullum quãtũuis humilem fastidit: *Sinite* inquit, *vt pueri ad me perferãtur:neq; prohibete quò minus me adeant.* Etenim qui horum sunt similes, mihi gratissimi sunt, quos tametsi mundus habet despicabiles. ego tamen non alios dignor regno cœlorum. Quod his pręstat natura, hoc in vobis pręstet pietas oportet, si velitis admitti in regnum cœlorũ. *Adducti sunt igitur paruuli ad Iesum, & ille imposuit illis manus,* sacri corporis contactu virtutem occultam infundens puellis, ob simplicem parentum fidem. Quo facto discessit illinc, re ipsa docens satisfaciendum quidem esse pusillis, sed nequaquã illis hærẽdum, quin magis properandum ad perfectiora. *Et ecce* pueris relictis, succedit adolescens qui de perfectione loquit̃. At Iesus quẽ admodum in paruulis ꝓposuerat discipulis suis imaginem simplicitatis ac modestiæ, ita in adolescente studioso quidem perfectæ pietatis, sed diuitiis onusto ponit ob oculos, quã difficile sit, eos qui diuitiis seruiũt, eniti ad perfectionem euãgelicæ pietatis: quãtoq; sint expeditiores ad Euãgelicum negocium, qui nihil, aut quã minimũ huius mundi possident: quãquã paupertas & opulentia, non tam in possessionibus est sita, q̃ in affectibus. Erat adolescens animo religioso preditus: sed quoniam è Christo audierat nescio quæ noua precepta, adiit Iesum, & accidens ad genua ipsius, rogat

Et ecce vn⁹ accedens, ait.

gat eum dicens: Magister bone, quid boni faciam, vt vitam assequar æternam? Adolescens bonum appellabat Iesum, blandimento captans illius beneuolētiam: quum tamē nihil aliud esse suspicaretur illum, quàm purum hominē quāquā cæteris pręeminentem. Dein de quum de bono percontatur, non de quouis bono sentit, sed de insigni quopiam bono, quod promereatur vitam ęternam. At qui nullus mortalium absolute bonus est: ~~nec vllum est opus hominum quo dita homines se, vt mereatur pręmium ęternę vitę.~~ Iesus igitur excitans adolescentem, vt magnificentius de ipso sentiat, & auocet à fiducia operum suorum, ac vitę spē potius collocet in beneficentia gratuita dei, qui natura bonus, & gratis beneficus in omnes, respondit hūc in modū. Quid me bonū appellas, aut quid me percontaris de bono? Sed tamen si cupis admitti ad vitā ęternam, serua pręcepta. Quūq; adolescens rogasset, quęnam essent illa pręcepta. Siquidem audierat illum docentem pręcepta legis Mosaicæ, nō esse satis ad cōsequendum regnum cœlorum. Iesus vt omnibus eximeret legis fiduciam, respondit: Non occides: non cōmittes adulterium: non facies furtum: nō dices falsum testimoniū. Honora patrē tuum & matrem: & diliges proximū tuum, sicut te ipsum. Tum exhilaratus adolescēs: Hęc, inquit, oīa seruaui à puericia mea. Quid igitur pręterea mihi deest? Expectabat vt Iesus respōderet

deret illi, nihil deesse. Sed dominus ostendens quantū intersit inter iusticiam Iudaicam, & Euāgelicam: inter bonum Iudęum, & bonū Christianum: Si vis, inquit, perfectus esse, vade, ac diuenditis omnibus quę possides, distribue pecuniam pauperibus: non perdes opes tuas, quāuis in multos dissipatas. Sic dissipare, recōdere est. Nam pro terrenis opibus habebis meliorē thesaurum in cœlis. Hoc vbi feceris, iam expeditus, ac nudus, veni me nudum sequuturus. Quum ait Iesus: Si vis, ostēdit negociū arduum esse: sed adiecit prēmiū: Habebis thesaurū in cœlis. Mox ad studium perfectę pietatis hortatur: Veni sequere me. Hūc sermonē quū audisset adolescēs, abiit animo deiecto mœstoq;, q̄ dominus esset multarum possessionum. quas durum existimabat semel vniuersas relinquere. Auebat adipisci vitam ęternam, ambiebat perfectionis honorem: sed hunc affectum veluti bonū semē obruebant spinæ diuitiarum. Itaq; mœstus abiit domum, nequaquā intelligens Iesum dānare nō diuitias, sed affectum & amorem curasq; diuitiarum, quibus vix possunt non esse obnoxii, qui eas possident. Neq; enim semper voluit eas relinqui, sed tamē semper cōtemni: relinqui etiam, si quādo nos auocent ab euangelica pietate. Adolescēte digresso, Iesus conuersus ad discipulos suos. Nā illis hoc spectaculū ædiderat, ne quādo pœniteret paupertatis suę, aut tenerētur amore pecunię: Quā inquit, difficile

ficile est diuitē ingredi regnū cœlorū. Significās ęgre cōuenire studiū opulentiæ, & studiū euangelicę philosophiæ: quod hæc totū requirit hominē, illud ferè maximā hominis partē sibi vindicet. Atq; vt magis exaggeraret rei difficultatē, discipulis admirātibus adiecit: Quin & amplius dico vobis: Facilius est vt camelus trāseat per foramē acus, q̃ vt diues ingrediatur regnū cœlorū. Siquidē humilis & angusta est porta, nec recipit camelos opum sarcinis onustos. Sic enim notauit diuites auaros, quib⁹ diuitię magis sunt oneri q̃ vsui: vt quas aliis baiulāt potius q̃ sibi. Hic sermo quia nō satis intelligebat̃ ab apostolis, iniecit & illorū animis mœstitudinē quādā, q̄ doleret tot homines diuitiarum gratia secludēdos à regno cœlorū. Quum igitur vehemēter admirarētur discipuli, quid sibi vellet hoc q̄d dixerat Iesus de camelo & foramine ac⁹: rogāt illū, si sic habet res, quis igitur poterit saluus fieri? Quot⁹ enim quisq; est mortaliū, qui aut abiicere possit diuitias quas habet, aut nō optare si nō habet? At Iesus intuitus illos, quo leniret cōceptū animo mœrorē, ostendit nōnullā esse spē diuitibus quoq; perueniēdi in regnū cœlorū: Apud homines, inquit, hoc impossibile est, nō minus quā vt camelus eat per foramē acus: sed apud deū nihil est impossibile. Sol⁹ ille mutat animos diuitū, vt alacres etiā vel abiiciāt q̄d possidēt, vel possideāt, tāquā cōmunes nō proprias, semper parati relinquere,

quere, si quando id postulet Euãgelii negociũ. Quur enim ęgre contemnant opes, qui non grauantur & vitam impẽdere? Hic sermo quem adolescẽti dixerat Iesus: Vende quę possides, & sequere me, nõnihil bonæ spei conciliauit Petro, qui quãquã diues nõ fuisset, tamen hoc ipsum quod habebat alacer reliquit, nauim & retia, ac dominũ fuerat sequutus, Dñe, inquit, ecce nos fecimus quod ab adolescẽte flagitabas: reliquim9 omnia, & sequuti sumus te: quid igitur erit nobis prę mii? At Iesus ostendere studẽs hanc eximiã laudẽ non solũ patere diuitibus, verũetiã tenuib9: qui quicquid, hoc est, quod possident, libenter habẽt pro derelicto, ob Euãgelium: quum hęc virtus magis ęstimetur ab affectu relinquẽtis, quã à modo rei relictę, non reiecit orationẽ Petri, pro re magnificẽtiorẽ: sed docens, pro vilibus illis prõpto animo relictis, non vile pręmium esse reponendũ ait: Illud confirmo vobis, ꝙ vos qui pręter scaphã & retia, mea causa nihil reliquistis: sed tamen hoc animo, vt opes quãtũuis magnas mea causa fueritis relicturi, & nudi nudum estis hacten9 sequuti, si perseueraueritis, in futuro seculo, quum reuixerint mortui: dabiturq; cuiq; pro suis meritis præmium, iamq; filius hominis, deposita quam nunc videtis humilitate, consederit in sede maiestatis suæ: vos quoq; piscatores, tum consortes honoris, qui nunc estis consortes afflictionum, sedebitis in duodecim sedilibus,

& iudi-

& iudicabitis duodecim tribus Israeliticas: quod ex eadem stirpe progeniti, eiusdẽ legis periti, iisdẽ miraculis ac beneficiis prouocati, tamẽ nulla ratione perduci potuerint, vt crederẽt, quũ vos humiles & idiotæ statim ad simplicẽ vocis iussum, etiã illa reliqueritis, quibus vitã sustẽtabatis. Neq; vobis solũ hoc pręmii cõtinget, verũetiam quisquis hominũ ob mei nominis professionẽ reliquerit, domũ, fratres, aut sorores, patrẽ aut matrẽ, vxorẽ aut filios, agros, aut aliam quãcunq; possessionẽ, adeo nõ perdet, quod mea causa reliquit, vt magno potius lucro sit fœneraturus. Siquidẽ & in hoc sęculo pro relictis centuplũ accipiet, & in resurrectione vitã ęternã possidebit. Nam pro relictis caducis, ac vilibus possessionibus, & hic interim possessurus est preciosum illud margaritũ Euãgelicę mentis, nullis huius mũdi mercibus ęstimandũ: pro vna domo relicta, toto orbe plurimas domos vobis aperiet Euãgelii doctrina. Pro vnico fundo plurimi fundi seruient vestris vsibus: pro vnico patre aut matre tot habebitis, quot senes aut anus cõuerteritis ad professionem Euãgelicã. Tot habituri fratres, sorores ac filios filiasq;, quot æquales aut minores vestra prędicatione perduxeritis ad vitã eternã. Hi passim & vltro suppeditabũt, si quid opus fuerit, longeq; vincẽt eorũ affectus, quos nobis sola sanguinis propinquitas coniunxit. Arctior est enim Euangelicæ societatis cognatio,

quàm

quàm carnis affinitas: & vehementius amat, quem cõciliauit pietas, quàm quem adiūxit natiuitas. Huic satis amplo præmio adiicietur & illud, omniū lōge maximū, vt pro rebus mox perituris vitam ęternā possideatis. Nō hæc dico, quod Euāgelica professio doceat esse spernendos eos, quos nobis natura coniūxit: sed huiusmodi affectus negligēdos, quoties auocant nos ab æternæ salutis negocio. Hæc tāta fœlicitas omnibus ex ęquo proposita est. Nō est discrimen fortunę, cōditionis, ætatis, aut personæ. Sed in hac æstimatione, quę fiet ab æquo iudice deo, multi tenebūt postremas, qui nūc videtur tenere primas. Cōtra multi qui nūc humiles, nihiliq; videtur hominib9, illic erūt primi. Præferetur meretrix scribæ, publican9 pharisæo, ethnic9 iudęo, paup diuiti, agricola regi: & qui videbātur esse ꝓximi regno cœlorꝝ, postremi ingrediētur: & q ꝓcul abesse videbant̄, priores ītroibūt. Ethnici fide anteuertēt, Synagoga ꝓpter icredulitatē submouebit̄.

Multi ãt erūt primi nouissimi.

CAP. XX.

QVONIAM autē ænigma videbatur qđ dixerat de primis & nouissimis, explanat parabola, quod dixerat: qua declarat diuersis ætatibus homines fuisse vocatos ad cultū iusticiæ, omnib9 tamē iusticiæ cultorib9 idem esse præmiū æternæ salutis: modo vocati gnauiter laborarint in vinea iusticiæ. Neq; enim min9 habēt qui vocati sunt tēpore christi, quàm

qui

qui tēpore Abrahæ, aut Mosi, aut Dauid. Neq; min9 habēt qui senes trahunt ad cultū Euāgelii, quàm qui pueri aut iuuenes. Omib9 idē datur denarius æternæ vitæ. Et tamē qui seri9 venerūt, hoc videntur honoratiores, quod dñi liberalitas eos æquat his, qui pri9 venerant. Iudæi pri9 vocati sunt, sed tamē gētes post vocatæ non solū æquatę sunt illis, verūetiam antepositæ Iudæis incredulis. Parabola sic habet. Simile, inquit, est regnū cœloꝝ homini patrifamilias qui summo diluculo prodiit in publicū, vt conduceret operarios in vineam suā. Et nactus aliquot, pactus cū eis, vt singuli singulos acciperent denarios pro opa diurna, misit illos in vineā suā. Rursus exiit circa horā tertiā, cūq; vidisset quosdā in foro stātes ociosos, dixit illis: Ite & vos in vineā meā: & qđ iustū fuerit, reddā vobis. Rursum exiit circa horā sextā: atq; iterū ad horā nonā, & idē fecit, qđ fecerat hora prima ac tertia. Rursum ad horā tertiā, vergēte iam die, egressus, repperit & alios quosdā in foro, quib9 dixit: Quid hic statis totū diē ociosi? Aiūt: Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineā meā. Porrò sub noctē, dñs vineæ mādat ꝓcuratori suo: Voca oparios oēs, ac solue illis mercedē: sic vt à nouissimis incipiēs, puenias vsq; ad primos. Vocati sunt igit̄ oīm primi, q postremi venerāt, hoc est, ad horā vndecimā, minimūq; diei laborarāt in vinea: & dat9 est singulis denari9. Hoc quū intellexissent

xissent hi, qui summo diluculo fuerant vocati, existimabant se, quia tāto priores venerant in vineā, pro tē poris portione mercedē ampliorē accepturos. Sed datus est & horū cuiqꝫ denarius. Itaqꝫ quū sibi viderēt æquatos in præmio, qui non fuerant pares in tēporis spacio, abeūtes murmurant aduersus dn̄m vineæ, dicē tes: Hi qui venerūt ad horam vndecimā, non laborarūt nisi vnam horā, & illos in præmio nobis æquas: qui & totū diem perdurauerimꝰ in labore, & æstū meridianū pertulerimus quū isti venerint sub vesperā refrigerato iam æstu. At paterfamilias vni cuidā illorū, pro omnibꝰ respōdit: Amice, quur inuides aliis benignitatē meām? Mea in alios gratuita liberalitas te nō lædit. Nullā enim iniuriam facio tibi. Nōne sic pactus sum tecū, vt pro opera diurna, denariū acciperes? Præstiti operam, habes mercedē pactā: nihil tibi rei mecū est amplius. Tolle qđ tibi debetur, & abi. Mercenariꝰ huc cōductus es, vt præstares operā, nō vt mihi præscriberes, quid faciam. Sic mihi visum est, vt huic qui postremꝰ venit, tantū mercedis dem quantū tibi. De tuo nihil decedit, si quid huic additur ea mea liberalitate. An mihi liberū per te nō erit, de meo quod volo facere? An ideo oculus tuꝰ liuore torquetur, quia me vides benignū in eos, in quos lubitū est? Hanc similitudinē adduxit Iesus, volēs illorum animis infigere quod deꝰ natura beneficus in om̄es, variis modis, ac

variis

variis ætatibus,nō cessat inuitare mortales omnes ad cultū veræ pietatis.In qua qui se grauiter exercuerūt, iis præmiū esse vitam æternam, à qua nemo secludi/tur,qui modo vocatus audiat. Hoc præmiū vt nō de betur omnino meritis nostris sed potius beneficētiæ diuinę,tamē non cōtingit citra conatū nostrū.Quā/quam hoc quoq; debemus vocāti,quod ad cultū pie tatis accedim9,quod in eo perseueram9,vsq; ad diei ve sperā.Nam qui vocati recusant ire in vineā, frustrātur ipsi se suo præmio.Quāquā autē inter sanctos,nec est liuor,nec murmuratio aduersus deū,tamē huiusmodi dictis expressit summū honorē,qui nouissimis est ha bitus,vt in præmio locū primū sortirentur.Quæ di gnitas tam insignis est, vt merito quis possit inuide/re?Quāquā & boni Iudæi primū murmurabant ad/uersus gētes,quod ex maioribus idololatris orti, à le ge Mosaica prorsus alieni,deniq; incircuncisi, subito pares haberētur ipsis in Euangelii gratia, & ad eandē salutē admitterētur,nullo legis onere grauati,cū ipsi diu versati in obseruationibus Mosaicis,nihilo potio res essent, quàm ethnici,modo vita prorsus impia,ad Euāgelii professionē admissi.Plus igitur gentibus cō donatū est,sed nō ideo Iudæis est quod cū deo expo stulent, quū liceat & ipsis ad eam fœlicitatē pertinge/re.Quod si malint inuidere, quàm imitari, sibi impu tent,qđ ob incredulitatē reiiciūtur , gentib9 ob fidei

V prō/



promptitudinē assequētibus, quod illi sibi solis debē ri credebant. Statim igiť properet, quisquis vocat⁹ fuerit, alioqui frustra fuerit vocatus, nisi det operā, vt sit etiā electus. Ac nulli nō vocanť sed pauci merētur, vt sint inter electos. Proinde Iesus parabolā hac clausula finiit, qua fuerat exorsus. Sic erūt nouissimi, qui primi fuerant, & primi, qui nouissimi. Nā multi quidē sunt vocati, pauci vero electi. Post hęc Iesus aliquādiu versatus in Galilæa, cœpit propi⁹ ad mortis suæ locū accedere, Hierosolymā proficiscēs. Quūq; iam discipulos suos, multis modis instruxisset, de contenendis uitiis, de negligēdis parētibus, & cognatis, de castitate, de singulari modestia, de præmiis quæ manerent illos, etiā in hac vita, seducit apostolos suos duodecim secreto, velut hos selectos duxisset & idoneos, quibus crederetur mysteriū crucis, quod turba nōdum potuisset capere. Quāquā & populo prædixit mortē suā, quū loqueretur de Iona, & tēplo soluendo, eodēq; in triduo instaurādo sed ita prædixit, vt non ante intelligerent quid esset dictū, quàm posteaquā viderent factū. Discipulis velut firmiorib⁹ iam semel atq; iterū aperuerat arcanū suæ crucis, absq; inuolucro loquēs. Sed qm̄ facile obliuiscūtur homines qđ non libenter audiūt, nec facile dimittūt in pectus, à quo abhorret animus, dominus Iesus quo suos confirmaret, ad tempestatem imminētem, clarius etiam ac distinctius aperit

Et ascē dēs Iesus Hierosolymam.

rit illis non solum instare mortem, verum ludibria & afflictionem, quæ sæpenumero sunt ipsa morte graniora. Ecce, inquit, adimus Hierosolymam, & filius hominis prodetur primariis sacerdotibus, ac scribis, qui iam dudum illi struunt insidias. Neq; conquiescent illum criminari, donec adigant, ad condẽnationem capitalem, & tradent eum gẽtibus vt illudant illi, vt flagellent, vt conspuant & in crucem suffigant, atq; ille mortuus ac sepultus, tertia die resurget. Interea filii Zebedæi, Iacobus, & Ioãnes, quoniam audierant Petro tributas claues regni cœlorum, audierãt de honore duodecim sellarum, rudes adhuc, & humana quædam somniantes, quum statim à resurrectione venturum hoc regnum. & hos honores, quia dixerat, tertio die resurget, quo sibi quoq; præcellentẽ aliquã dignitatẽ impetrent, subornant matrẽ quæ pro filiis interpellet Iesum. Quæ quũ adorasset eum, obtestans, ne sibi negaret quod peteret, rogata quid vellet: ait, Iube, vt sedeant hi duo filii mei, alter ad dexterã tibi, alter ad læuam, in regno tuo. Iesus conuersus ad filios, à quibus sciebat matrem esse subornatam, Respõdit illis: Nescitis quid petatis. Delectat vos mentio regni, qđ ipsum lõge aliud est, quàm somniatis, sed in præsentia magis agendũ est de afflictione, deq; cruce, qua est iter ad regnũ. Præpropere postulatis brabiũ quũ prius certãdũ sit. Iã aperui qđ mihi sit ferẽdũ. Potestis

ne bibere de poculo de quo ego bibitur⁹ sũ! Potestis ne tingi tinctura, qua ego tingẽdus sum ! Illi nõdum gnari virium suarũ, sed præ auiditate quod petebant impetrandi, temere verius quã fortiter respõdent: pos sumus. At Iesus accepit quidẽ, quod se dicerent esse promptos ad imitationẽ suæ crucis, sed de præmio, quoniã non intelligebant quid peterent, quoniã nõ erat illius temporis, negat hoc esse suũ dare ipsis, sed eam dignitatẽ, non obuenturam nisi iis, quibus hoc datum esset à patre, vt insigni virtute primũ locũ me rerẽtur, videlicet. vt omnib⁹ adderet stimulos ad sum ma contẽdendi: Calicem quidẽ, inquit, meũ bibetis, cæterum vt sedeatis, alter ad dexterã mihi, alter ad læuam, non est meũ dare his aut illis, sed hoc iis contin get, quibus datum fuerit à patre meo. Vt quisq; cer tauerit, ita feret præmiũ. Hæc quũ ex interuallo audissent cęteri decem, indignati sunt duobus fratrib⁹, quod immodicam dignitatẽ sibi postulassent. Non dum acceperant spiritũ sanctum: adhuc humanis quibusdam ducebãtur affectibus, ambientes. Et inuicem subinuidẽtes. Atq; his affectibus Iesus diu passus est suos esse obnoxios, quo penitus eos eximeret ex animis omniũ, qui in apostolorũ vices essent successuri. Putabant autẽ & gaudebãt ideo postulationẽ Ioãnis & Iacobi fuisse reiectã à dño nõ quod carnalia quædam somniarent, quũ ageretur de regno spirituali, sed

qđ

quod honorem petiſſent, meritis ſuis maiorē, quem alii ſibi potius deberi putabant. Ieſus igitur ſicut retudit ambitionē ſtulte poſtulantiū, qđ neſcirent quale eſſet quod poſtulabāt, ita liuorē & indignationē cæterorū repreſſit, ex eodē ambitionis fonte ſcatētē, aperiens longe diuerſam eſſe rationē regni mūdani, & regni Euāgelici. Illic enim qui minor eſt premi tyrāni de potētioris, Hic primatū nihil aliud eſſe quàm ſummum ſtudiū benefaciēdi omnib9. Ibi vt quiſq; ſuperbiſſim9 eſt, ita videri maximū, Hic nullū eſſe ſubmiſſiorem animo, quàm qui maxime meretur eſſe prim9. Hanc doctrinā vt omniū animis infigeret, vocauit & cæteros apoſtolos ad ſe: Scitis, inquit, qđ qui principatū gerunt inter gētes, dominatū, ac tyrānidem exercent in illos quib9 imperāt: & qui primates ſunt, poteſtatē ſuam exercēt in ſibi ſubiectos. Nam populi malo, ſuæ cōſulunt autoritati, eaq; curant nō quæ cōducant multitudini, ſed quæ faciant ad ſtrepitū fortunæ gloriæq; ſuæ. At nō conuenit itidē fieri inter vos, ſed quicūq; voluerit inter vos gerere principatū, ſit oīm miniſter, nō ſibi gerens honorē, ſed populo cui præſidet. Et qui voluerit inter vos habere primū locum, ſit omniū ſeru9 atq; infim9. Nec enim in aliud ſumit ſibi primū locum, niſi vt omniū cōmodis inſeruiat, nihil inde venās, nec honoris, nec cōpēdii. Qđ ſi vobis durum videtur, me videte. Quū enī dñs ſim ac magiſter

vester, & (vt vere profitemini) filius dei, tamē nō arro go mihi dignitatē, nec mea potestate abutor in cōmo dū meū, sed ideo veni, vt omniū cōmodis subseruiā, adeo vt nec vitā grauer impēdere, quo iactura vnius animę multas redimā. Inter hos igit̄ qui sunt hoc affectu, nec ē quur quisq̧ ambiat honorē, nec est quur quisquam inuideat alteri dignitatē. Quis enim illi inuideat, qui nihil aliud studet, q̄ alteri pdesse, vel vitæ suę dispēdio. His etiā si defertur honor, hūc nō arrogāt sibi, sed deo trāscribūt. Quū autē vna cū discipulis exiret Hiericho. sequuta est illū hominū turba. Et ecce iuxta viā sedebāt duo cæci, qui quū ex strepitu sensissent immēsam esse multitudinē, & percōtati qd nā esset, cognouissent adesse Iesum, q illac faceret iter, quū illū videre nō possent: nec si vidissent, adire liceret prę turba, magna voce cōpellarūt Iesum dicētes: Dn̄e miserere nostri Iesu fili dauid. Dissimulauit clamorē illorū Iesus, quò magis esset omnib⁹ perspicua fides & ardor illorū. Turba videns Iesum ad clamorē nihil respōdere ac suspicās hoc illi molestū esse, q duo cęci mēdici publici, sic occlamarēt aurib⁹ ipsius, increpabat eos, iussitq̧ tacere. At illi cōstāti fiducia erga Iesum, quē audierant esse beneficū in omnes, clarius etiā vociferabātur, ingeminātes: Dn̄e miserere nr̄i fili Dauid. Iesus igitur vbi satis spectatā reddidisset omnib⁹ illorū fidē, nosq̧ illorꝝ exēplo docuisset, feruēter & cōstāter

Et egredietib⁹ illis ab Hiericho.

stanter pulsandas aures dei, si quid velimus impetrare, cōstituit, quādoquidē illi sequi nō poterāt nisi clamore tantū, iussitq; illos venire ad se. Ad vocē veniūt. Rogat eos Iesus, quid sibi vellent tanto clamore, quid'q; sibi vellēt ab ipso prestari. Nō ignorabat Iesus quid optarent, sed vitiū quo tenebātur voluit omnibus esse notū, ipsorū cōfessione quo certior esset miraculi fides. Domine inquiūt, volum9 vt per te aperiātur oculi nostri. Hæc cū magno dicunt affectu, declarāt sibi molestissimā esse cęcitatē. Et luci proximus est, quem vehemēter tædet, suę cęcitatis. Tum Iesus vultu quoq; & oculis prę se ferēs affectū misericordię, quo decet vnū quēq; virum Euangelicū indolescere malis alienis, tetigit oculos eorum. Moxq; apertis oculis viderūt, simulq; cū cęteris sequuti sunt Iesum. Ita sanat animum cupiditatibus mūdanis excęcatū suo cōtactu Iesus, & in hoc datur lumē, vt illius sequamur vestigia.

CAP. XXI.

IESVS igitur progrediens Hierosolymā, hoc sedulo agebat cum discipulis, vt animis illorum infigeret se scientem ac volentem ire in mortē, neq; quē quam nociturum ipsi fuisse, si voluisset resistere. Ideo toties inculcarat sibi eundum Hierosolymam, & illic oppetēdam mortem. Quod enim aliquoties visus est se subducere periculo, nō erat formidinis, sed erat seruātis se tēpori prefinito à patre. Quod quum tum adesset

ſet non ſolum non latitat,ſed vltro ſe ingerit, & ita ſe ingerit,vt nouitate pompæ totius vrbis animos in ſe concitaret. Nec ceſſat interim à miraculis,nec ceſſat à veritate prędicanda, quin & liberius inſectatur vitam phariſæorum & negociatores eiicit è templo, quibus rebus ſciebat omnium illorum animos vehementius irritandos.Quos quia benefactis prouocauit in ſe,nō illos fecit innoxios ſed facultatem dedit,vt quod volebant facere,poſſent etiam,Ergo iam vicinus vrbi Hieroſolymorū, venit in montē oliuarum,vbi viſum eſt inſtruere nouam aduentus ſui pompam, qua faſtū huius mundi quodammodo deriſit, & diſcipulis adhuc infirmis,aliquod ſolatiū prębuit hoc ſpectaculo, quo moderatius ferrēt domini ſui mortem. Ex hoc igitur monte legauit duos è diſcipulis dicens: Ite, inquit,in oppidulū,quod nobis eſt ex aduerſo, & ſtatim ingreſſi, reperietis illic aſinam alligatam, & pullum cum ea, cui nullus adhuc hominum inſedit,ſoluite vtrumq;,& adducite huc ad me . Et ſi quis aliquid dixerit vobis, rogans,cur ſoluitis,quo cuiue adducitis,nihil aliud reſpondete,quā domino his opus eſſe. Ad hanc vocem ſtatim illi ſinēt abduci. Hęc partim ideo facta ſunt,vt intelligerent illi nihil eſſe incognitum,& habere poteſtatem imperādi quibuſcūq; vellet,& quicquid vellet, ſi voluiſſet vti virib9 ſuis:Partim vt Iudæi vel hoc argumento agnoſcerent illum eſſe Meſſyam,q; viderent hunc

hunc nouū ingressum olim à Zacharia propheta fuisse prędictum. Sic enim ille vaticinatus est: Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & humilis, insidens asinæ & pullo filio subiugalis. Abiere discipuli, compererūtq; quicquid ipsis prędixerat Iesus. Statim ad mentionem domini, dimissa sunt iumēta, quū nec dominus adesset, nec discipuli quicquā autoritatis prę se ferrent. Non nouerant quidem, sed tamen senserunt illum omniū dominū hoc iubere. Discipuli quo cōmodius sederet dominus, instrauerūt pallia sua, atq; ita collocarūt eum in tergo pulli, qui typum habebat Ethnicæ nationis, immundæ, & omnibus malis cupiditatibus turpiter seruientis, quę contecta virtutibus apostolicis, & recepto in tergū domino Iesu, desiit esse immunda, desiit seruire pristinis vitiis facta iumētum eius, qui purgat & sanctificat omnia. Hæc nondū intelligebāt apostoli, sed tamen hoc iam designabat' post intelligendū. Vbi vero Iesus iam venisset ad radicem montis, ingens hominum multitudo progressa est illi obuiā, ex Hierosolymis. Tantus aūt erat turbę quoq; fauor, vt pleriq; vestibus suis viam consternerent, nō nulli ramos ex arborib9 resectos, sternerēt in via. Porrò cateruæ, quę pręcedebant & quę sequebantur, adgratulantes acclamabant illud è vaticinio psalmi: Osana filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Osana in excelsis. Alii clamabant benedictū qui

venit

venit regnum patris nostri Dauid. Alii benedictus qui venit rex Israel, laudabantq; deum pro miraculis, quę viderāt ędita per Iesum. Hoc honoris dominus Iesus, qui semper humilis vixerat, sibi passus est exhiberi, quo declararet sibi non defuturā fuisse gloriam huius mundi, nisi maluisset eam aspernari, q̄ amplecti. Quo turpius videretur hoc affectari, ab iis qui se discipulos illius profitentur, quod ille spreuit, qui solus ꝑmeruit. Decuit tamen honos hic aduentū eius, qui morte sua redēpturus erat orbē vniuersum. Hac igitur noua pōpa, quū Iesus ingressus esset Hierosolymā insolito spectaculo, commota est vniuersa ciuitas dicēs: Quis est hic? Turbae quę illum comitabātur, respondebāt. Hic est Iesus propheta, natus in Nazareth ciuitate Galilęę. Hoc illis visum est pręclarū elogiū, quū procul abesset ab illius magnitudine. Nihil enim populus adhuc de illo suspicari poterat supra hominē. Et ita cōsulto Christus temperauerat vitam suam, ne palam proderet diuinam naturā, quam frustra persuasisset, si vidissent illum postea sub cruce morientem. Hoc igitur strepitu Iesus ingressus est tēplum, atq; ibi mox regnū quoddam agere cœpit. Quum enim videret in tēplo mercatus ac fori speciem: alios vendentes, alios ementes, assidentes nummularios: Iesus indignitate rei commotus, iuxta illud prophetæ: Zelus domus tuæ comedit me, facto ē funiculis flagello, expulit omnes emētes

tes ac vẽdentes è templo vna cum suis mercibus. Mẽsas nummulariorũ euertit, & ęs in terrã effudit, sellas vendentium columbas disiecit, indignationis suæ iustã causam ex Esaia proferens, qui ait sub persona dei: Domus mea domus precationis vocabitur: vos autẽ fecistis eam speluncam latronũ. Hoc facto longe aliud significabat Iesus. Nec enim illum tantopere commouebat templum illud mercimoniis boum, ouium, hircorum, & columbarum prophanatum, sed ostendere voluit, auaritiã & quaestum fore capitalem pestem ecclesiæ suæ, quam tẽplum illud, cuius religio mox erat abolẽda, figurabat. Tum enim templum quod immo landis deo victimis spiritualibus consecratum est, vertitur in speluncam latronum, quando sub pretextu religionis ac sacerdotii spoliatur populus. Nihil aũt illic syncerum ac sanctum esse potest vbi regnat pecuniæ studiũ. Atq; hoc malum iam fit intolerabile, quando sub tecto templi committitur, quando rapina tegitur religionis vmbra. In nullum hominum genus acrius sęuit Iesus. sed hos ipse sibi seruauit eiiciendos quũ vi debitur. Tunc accesserunt ad Iesum in templo cæci & claudi, quos lex arcebat ab ingressu tẽpli. Sed Iesu tẽplũ omnes recipit, qui properant ad sanitatẽ. Venerũt enim cęci vt visu recepto viderent Iesum, quem audiebãt sic prędicari. Veniebant claudi, vt illius vestigia sequẽtes, peruenirẽt in regnũ cœlorũ. Quotquot igit̃ adi

bant

bant illum, sanabat. His rebus, quibus oportebat illos tandem resipiscere, magis etiam exarserunt inuidia primores sacerdotum, & scribæ, quum viderent tãtis studiis vndiq; applaudentẽ populum, pręsentem vim in sanãdis claudis & cæcis, autoritatem in eiiciendis mercimoniis/nemine auso resistere, pueros etiam in tẽplo clamantes: Os ana filio Dauid. Hæc indigne ferentes submonuerũt Iesum vt eum clamorem compesceret, alioqui fore, vt videretur agnoscere, tantum honoris, quo iudicabant illum indignum, quum magis ipsorũ fuerit ipsum magnificentius prędicare, qui natu grandes, ac legis & oraculorum periti, ex cõspectis tot miraculis intelligere poterant hunc esse Messyam, quem tot seculis expectauerunt. Nunc pueri naturæ instinctu vel potius afflatu numinis, hoc sonabant quod intelligere per ætatem non poterãt. Proinde cęci inuidia, & ira temulenti dicunt illi, Audis quid isti dicunt? At Iesus scripturæ testimonio illis os obturaturus: nunquã inquit, legistis: Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudẽ? Vultis igit' vt his occludã ora, quę deus ad laudandã gloriam suã aperuit? Dico vobis adeo deus nõ patietur per vestrã inuidiã sileri laudes suas, vt si isti tacerẽt, lapides ipsi sint clamaturi, quib9 vos estis duriores. His igitur cũ suo liuore relictis, abiit Iesus, & egressus vrbẽ Hierosolymorũ petiit Bethaniã. Atq; ibi cõ moratus est. Mane quũ rediret in ciuitatẽ, inter eundũ

cœpit esurire. Quũq; vidisset arborẽ ficũ proximam
viæ, accurrit ad eũ, quasi sperãs cibũ. Quũ autẽ venis
set ad eã, nihil inuenit in ea pręter folia. Itaq; velut in
dignans, ~~ꝙ spe delusus esset~~, execratus est eam, dicens:
Ne quis post hac ex te fructũ videat in æternũ. Quũ
autem eadẽ redirent discipuli, videntes ficũ cui impre
catus fuerat Iesus, iam foliis positis exaruisse, admirati
sunt, dicuntq; ei: Ecce ficus, quam execratus es, iã exa
ruit. Atq; ob hoc ipsum Iesus id erat passus fieri, vt
discipulis etiam atq; etiam inculcaret fidem, quæ nisi
accederet, sciret, mortem quoq; suam infrugiferã fore
mortalibus. Sitiebat enim maiorem in modum salutẽ
humani generis, & iam mortis tempus adesse cupie
bat. Sed quum in Iudęis inueniret speciem religionis,
fidei fructum quem vnice esuriebat, non inueniebat.
Discipulis igitur admirãtibus de ficu subito arefacta,
respondit hunc in modum: Quid hoc admiramini,
quod non est magnum, exarescere arborem? Fidei vis
maiora potest. Quam si fortem & constantem habue
ritis, nõ solum facietis quod vidistis accidisse ficui, ve
rumetiã si dixeritis huic monti, submoue te de loco,
& abi in mare, ilico fiet quod iusseritis. Et omnino
quicquid petieritis in precationibus vestris, modo ad Et quũ
sit fiducia, impetrabitis. Quum autem Iesus templum venisset
ingressus doceret populum, non ferentes eum illic in in tem-
suo regno regnare impune: primores sacerdotũ & qui plum.
dam

dam ex populi senioribus, adeunt illũ, & aiunt: Qua nam autoritate facis ista? Aut quis tibi tradidit istam potestatem? Quũ enim nullus hominũ illi tradidisset eam autoritatẽ, supererat vt aut diceret sibi à deo traditam, aut à Beelzebub. Si dixisset à deo, verum quidem dixisset, sed nihil aliud quàm eos irritasset. Non enim ideo rogant vt credant, q̃d ex ipsa re poterant perspicere, sed vt calũniarent̃. Iesus igitur hui9 rei nõ ignarus, quæstionem, quæstione veluti clauum clauo repulit. Percontabor, inquit, & ego vos quiddam, ad quod si mihi respõderitis, tum respõdebo quæstioni vestrę. Autoritas qua baptizauit Ioãnes, vnde venerat illi, è cœlo, an ex hominibus? At illi deliberabant apud se quid essent respõsuri. Videbant enim quæstionem esse bicornẽ, vt in alterũ cornu necesse esset incidere. Cogitabant autẽ, si dixerim9 è cœlo, cõtinuo dicet nobis Quare igitur non credidistis illi, siquidẽ ille prædicauit regnum dei, & de me testimoniũ perhibuit. Sin dixerimus ex hominibus, metuẽda est populi seditio, quod omnes persuasum habeant Ioannẽ fuisse prophetam. Itaq; ne carperentur, respõderunt se nescire. Tum Iesus: Nec ego, inquit, dico vobis vnde mihi sit hęc autoritas. At quoniã simplex ac manifesta percontatio non potuit elicere confessionem veri, proponit Iesus aliam sub ænigmate, vt imprudentes contra se ferrent sententiã. Quid, inquit, vobis videt̃

detur de eo, quod nunc propositurus sum? Cuidam erant duo filii. Is accedens ad alterum dixit: Fili, abi, & hodie operare in vinea mea. Ille proterue respõdit, nolo. Sed idem mox pœnitentia tactus, abiit in vineã. Pater itidem accedens ad alterũ, ait: Abi, & hodie labora in vinea mea. Ille prompte respondet: En abeo domine, nec abiit tamẽ. Ex his igitur duobus vter videtur satisfecisse volũtati paternæ? Illi nõ intelligẽtes quorsum hæc tenderent, responderunt, prior ille, qui mox resipiscẽs abiit in vineam. Tũc Iesus in ipsos retorquens parabolam. Profecto vere dico vobis, quod publicani & meretrices præcedũt vos in regnũ dei. Illi prius rebelles deo impia vita, tamẽ ilico tacti pœnitentia, obtemperarũt Euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac professione estis populus dei, quiq; & olim dixistis, & hodie dicitis, Omnia quæcũq; dixerit dominus faciemus, quiq; semp habetis in ore præcepta dei, & tẽplũ dñi, tẽplũ dñi, tẽplũ dñi, tot modis prouocati non potestis ad pœnitentiã permoueri. Venit enim Ioães ostendẽs vobis viam iusticiæ, & iram diuinam imminere, securim admotam arboris radicib9, ni statim resipisceretis. Vidistis publicanos & meretrices hoĩes vestro iudicio deploratos, obtẽperarũt illi. Vos nec singulari ioãnis sanctimonia, nec illi9 minis, nec exẽplo publicanorũ, ac meretricũ prouocari potuistis ad pœnitentiã. Ita fit vt illi fide prçripiãt vobis regnũ

Quid aũt vobis videtur.

regnũ dei, vos frustra deũ ore profitẽtes ob incredulitatem animi vestri, excludamini. Addidit alterã parabolam æque obscurã, qua tacite recenset, & ob oculos ponit insignem illorũ ingratitudinẽ, qui tot dei beneficiis prouocati, non solũ non resipuerint, verũetiam prophetas alios post alios qui missi fuerant, vt ad illorũ prædicationẽ aliquando resipiscerent, crudeliter trucidarunt. Nec hoc cõtenti ipsum deniq; dei filiũ essent trucidaturi, idq; eiectum è vinea, locũ obiter indicans, vbi erat crucifigẽdus. Quo sermone declarat, & illorũ inuincibilẽ maliciam indignam esse venia, quũ nihil esset omissum, quod illos ad meliorẽ mentẽ posset reuocare, & se nihil ab illis passurum, quod nõ præscierit. Parabola sic habebat. Erat, inquit, quidã paterfamilias, qui plantauit vineam: ei circũdedit sepem, & fodit in ea lacum excipiendo musto è botris expresso, & extruxit in ea turrim ad vineæ custodiam, atq; ita pulchre instructam locauit eam agricolis, vt bona fide colerent, reddituri fruct⁹ dño. Hoc facto ꝓfect⁹ est peregre. Cæterũ cum appeteret tẽpus colligendi fructus, misit seruos suos vt ab illis acciperent fructus. At agricolæ non solũ non dederũt fructus debitos, verũ etiam seruis iniecerũt manus, & alios pulsarunt, alios occiderunt, alios lapidarunt, Hoc cognito paterfamilias non statim vocauit eos ad supplicium, sed expectans vt resipiscerent, misit ad illos maiorẽ numerum

feruorũ quàm antea miſerat: ſperans fore, vt multitu dine coerciti, facerent officium ſuũ. At illi nihilo mi nus tractauerũt hos quoq;, quàm illos priores tracta uerant. Tulit & hoc facin⁹ paterfamilias, ac poſtremo quo vinceret eos lenitate ſua, miſit ad illos filium ſuũ, dicens apud ſe: Quanquã ſæuierũt in ſeruos meos, ta men reuerebuntur ſaltem filium meũ, quũ eum vide rint adeſſe. At agricolæ, quò magis prouocabãtur ad reſipiſcẽtiam, hoc magis irritabãtur ad ſæuitiã. Quũ enim vidiſſent filiũ, adeo nõ ſunt illũ reueriti, vt mox inierint cõſilium de occidẽdo eo, dicẽtes: Hic eſt hæ-res, venite occidamus eum, & occupabim⁹ hęreditatẽ illi⁹. Moxq; iniecerunt illi man⁹, & protractum extra vineã occiderunt. Quũ igitur, inquit, venerit dñs vi-neæ, quid faciet agricolis illis? Reſpondent phariſæi. Malos male pdet, & vineam ſuã locabit aliis, qui bo-na fide reddant locatori fructũ temporib⁹ ſuis. Sic il li decepti ænigmate ore proprio ſeſe cõdẽnãt, pronũ ciãtes ſeſe ob inuincibilẽ animi prauitatem dignos eſ ſe ſupplicio, & merito gentes eſſe recipiẽdas ad Euan gelii gratiam, meliore fide culturas vineã quàm illi co luiſſent. Sub hæc Ieſus ſubindicans ſe quidẽ illorum puerſitate dãnatum ac reiectum, moriturũ ignomini oſa morte, cæterũ reſurrectione per virtutẽ patris illu ſtrandũ per vniuerſum orbẽ, tantaq; ſoliditate futurũ vt quiſquis in ipſum impegerit, ſibi ſit exitiũ accerſi-

turus. Ad hoc indicandū quo minus offendat, adducit prophetiā ē psalmo: Nūquam ne inquiēs, legistis in scripturis: Lapidē quē reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A dño factū est hoc, & est mirabile in oculis nr̄is. Significās eos ædificare synagogā, sed eiecto Christo sine quo nullū esset ædificium firmū, sed tamē illum reiectū ab ipsis lapidē magno in precio futurū in ecclesia gentiū. Eoq́ꝫ subiecit Iesus: Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnū dei, qđ oblatum spernitis: & dabitur alteri genti, quæ dignos Euāgelio fructus adferat. Atqꝫ vt hic lapis salutem adferet iis, qui obediūt Euāgelio: ita per incredulitatem repugnātibꝰ adferet exitiū. Quisquis em̄ impegerit in lapidē hunc, cōfringetur. Rursus in quē ille inciderit, cōteretur. Tandem ex huiꝰ sermonis clausula, intellexerunt primores sacerdotum & scribę, quod superiores etiam parabolas, quibus decepti pronūciauerunt aduersus se sententiam, in ipsos dixisset. Eoq́ꝫ exarserat eorū vesania, vt iam fuerint illi iniecturi manus, ni metuissent populum, quod à plærisqꝫ magni fieret Iesus, ac prophetæ loco haberetur.

CAP. XXII.

PORRO rursus aliā adiicit similitudinē, quo magis insigat anīs, illorꝫ obstinata malicia fieri, qđ reiiciant̄ ab Euāgelica salute: qđ qꝫ gētes sint occupaturę, quo illi se reddidissent indignos. Nullū em̄ exclu

di à regno dei, sed hoc honoris habitũ esse genti Iudaicæ, qđ primũ oĩum est vocata, & vocata blãde, nõ ad tristia aut abiecta: sed ad nuptias, hoc est, honorẽ, delitias, ac libertatẽ Euãgelii. Nec solũ fuisse inuitatos p ꝓphetã Ioãnẽ, & ipsum Christũ: verũetiã post mortẽ per apl'os esse vocãdos: nec pri⁹ Euãgelii præcones deflexuros ad gẽtes, quãdiu apud suos ꝓ suo officio, multis ludibriis ac pœnis fuerint affecti. Vt nulli q̃ant imputare, qđ postea tot calamitatib⁹ puniãtur, qui toties oblatã dei beneuolentiã spreuerint. Similitudo sic habet: Regnũ, inquit, cœlorũ per vos simile factũ est cuidã regi, qui filio suo nuptiale cõuiuiũ exhibiturus, emisit seruũ suũ, qui multos inuitaret ad nuptias filii sui. At illi semel vocati, noluerũt venire. Tum rex misit cõplures seruos, q diligẽti⁹ etiã illos inuitarẽt, vt ꝓperarẽt ad nuptias iã paratas, qq; suis verbis dicerẽt illis: Ecce prandiũ apparatũ est, tauri mei & altilia mea occisa sunt, cæteraq; oia parata sunt. Nihil supest nisi vt veniatis, ne ista sint frustra parata. At illi rursum neglexerũt inuitantẽ. Et quũ instarẽt inuitatores, ali⁹ aliud excusabat: hic sibi visendã villã quã nup emisset: ille sibi boues inspiciẽdos/quos esset mercat⁹: ali⁹ sibi nup ductã vxorẽ, à qua diuelli nõ sustineret. Atq; hi tãtũ sibi demẽtes erãt, q tã fœlici cõuiuio, ꝑtulerint curas quasdã rerũ fluxarũ viles ac sordidas. Sed alii crudelitatẽ addiderũt ingratitudini. Seruos eñi regios qui se

mel atq; iterũ inuitabãt ad tantũ honoris,multis affe ctos cõtumeliis,tandẽ etiã occiderũt.Id factũ vbi rex audiisset,vehementer est indignatus : videlicet lenitate spreta,sese vertente in furorẽ : missisq; satellitib9 suis, perdidit homicidas illos:nec hoc cõtentus, ciuitatẽ il lorum succendit igni. Hæc autẽ dixit Iesus,tecte illis prædicens excidium vrbis Hierosolymitanæ:moxq; innuit,vndiq; vocatas ad Euangeliũ gentes , vt pote Iudæis meliores.Tũc,inquit,seruis suis: Nuptiæ sunt paratæ: sed quoniã qui vocati sunt,declararunt se indi gnos hoc cõuiuio, quod ipsis tamẽ potissimũ appa raueram: discurrite quoquo versum,per cõpita & tri uia,citraq; delectũ quoscũq; reppereritis,dignos, in dignos,debiles,mancos,cæcos,claudos,vocate ad nu ptias,donec domus mea impleatur. Egressi serui,con gregarũt promiscuã multitudinem, vndiquaq; colle ctam,& impletũ est conuiuiũ discũbentib9.Post hæc Iesus, quoniã superi9 ostenderat graues pœnas datu ros esse Iudęos,qui toties vocantes apostolos afflixe rint , ac demũ occiderint : subindicat & illos manere graue suppliciũ,qui semel professi vitam Euangelicã, redirent ad pristinæ vitæ sordes.Ingressus est,inquit, rex,vt videret discũbentes conuiuas:ac inter cæteros vidit ibi quendã,nõ indutum veste nuptiali : Amice, inquit,quomodo huc intrasti,quũ non habeas vestẽ nuptialem? At ille cõfusus obmutuit.Tũc rex præce

pit

pit ministris, vt illum vinctis manibꝰ ac pedibꝰ, procul à cōuiuio submotum conijcerēt in densissimas tenebras, vbi fletus est, & stridor dentiū: dignitate videlicet, luceq; conuiuij, in carcerē abiectissimū: & voluptate summa, in summū cruciatū cōmutata. Porrò quū plurimi sint vocati, pauci tamē sunt electi. Vltro vocatur om̄es, sed electi nō sunt, nisi qui vocati parēt, quicq; vsq; in finē respōdent diuinæ erga se beneficentiæ, in pietatis Euāgelicæ studio pseuerantes. His parabolis vbi se sentirent pstringi, adeo nō sunt cōpuncti ad pœnitentiā, vt nihil iam aliud cogitarēt animis, quàm de occidēdo Iesu. Tantū malū est liuor & ambitio. Aderat illis homicidij voluntas, sed deerat opportunitas. Nō metuebant deū, talium facinorū vltorem: sed metuerūt populū. Visum est igit̃ illis ingredi diuersa via, sic rem cuniculis agere, vt inuidia facti, in Cæsarē, ac Cęsaris præfectos deriuaretur. Igitur in præsentia quidē ira dissimulata, abeūt. Cæterū cōmunicato inter ipsos cōsilio, placuit vt Iesus per subornatos ꝓposita quæstione, ex responso caperetur: fieretq; obnoxiꝰ principibꝰ: vt per illos veluti maiestatis reus, ac seditionis autor occideretur, causa nihil ad pharisæos attinente. Cōmentum autē erat huiusmodi. Quū Iudæa iam cœpisset esse tributaria à Romanis, præfectus est ab Augusto cēsui colligendo rex Herodes Antipatris filiꝰ. Atq; hac de re, nō erat omniū ea-

Tūc ab eūtes Phari sæi, cōsiliū ini runt.

dem sentētia. Quibusdā enim indignū videbatur, populum deo sacrum, pendere tributū principibus idololatris. Atq; hac in sentētia erant, qui pharisæis adhærebāt. Rursus erāt qui Cæsari fauētes, dicerēt oportere solui tributū: & huius opinionis defensores, Herodiani dicti sunt, q Herodes tributi colligendi præfectus esset. Extiterāt autē paulo ante duo quidā Theudas, & Iudas, qui dū palā defenderēt Iudæos populū deo dicatū nō debere tributū cuiq; prophano principi, velut seditiosi, supplicio sunt affecti. Sperabāt autē pharisæi, vt Christus religioni fauēs, magis q̄ Cæsari prophano & impio, solita libertate pronunciaret aduersus Herodianos, nō esse pēdendū tributū Cæsari: moxq; per illos deferretur Herodi, daturus pœnas quas ante Theudas & Iudas dederant. Quod si pnunciasset esse reddendum tributum, iam calūniarētur illum adulari principibus impiis, minus fauēs religioni diuinæ. Subornāt igitur aliquot è suis discipulis, qui præsentibus Herodianis, ac frequente hominū multitudine, ne res careret testib9, fucate blāda oratione illū in nassam illiciāt. Tanta erat cæcitas, vt toties re frustra tētata, non conquiescerēt. Nec pudet incōstantiæ, qua nunc magistrum appellant, quū antea calūniati sint illū spiritum habere Beelzebub. Et libertatē illius collaudant, ne vereatur Herodianos offendere: Magister inquiūt noui mus te veracē esse, nec assentari cuiq;, nec mētiri quic

quā

quā sed magna cū libertate doces quod deo placitum est,nō quod hominib⁹ videtur.Nō enim vereris quē quā mortaliū,nec est apud te respectus personarū.Dic igitur nobis,quid tibi videatur: phas est vt Iudæorū populus diuinę religioni deditus,pēdat cēsum Cęsari, an nō?Et dabim⁹ post hac,an nō dabimus?Iesus autē vt ostēderet se nō fallere illorum insidiosam blandiloquentiā,ita tēperauit respōsum admirabili sua sapiētia, vt neutri factioni se redderet obnoxiū: sed vtrāq; moneret,quod magis ad illorū salutē attineret:nimirū vt deo principi summo soluerent censum pietatis.Quid me inquit,tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. Conabantur enim Iesum illaqueare verbis ipsius.Ille vicissim eos illaqueat ex ipsorum respō sis. Obtulerunt igitur denarium, qui Cæsaris habebat imaginem,& titulum. Vtque declararet sese non in hoc venisse vt leges ferret hisce de rebus quæ nihil attinebant ad pietatem: quæque pro tempore aut recte fieri possent,aut secus:nummo conspecto, quasi parum agnosceret eiusmodi literas atque imagines, qui cœlestia tractabat: rogauit, cuius esset inscriptio, & cuius imago. Responsum est: Cæsaris. Tum Iesus: Reddite igitur, inquit, Cæsari, si qua sunt Cæsaris: sed in primis reddite deo quæ sunt dei.Significans nihil officere pietati, si quis deo dicatus, det prophano principi tributum,etiamsi non debeat:malens ob

sequi quàm prouocare: præsertim in ea re quæ pauperiorem reddit, nō impium. Alioqui si exigat quod nos reddat impios, nō iam Cæsaris tributum est, sed diaboli. Hoc audito responso, admirati sunt: primũq; intelligerent illum non latuisse dolosum commẽtum: deinde prudentiam admirabilem, cui frustra tenderet insidias humana versutia. Mirati sunt quidẽ, sed sunt nō immutati. Et relicto eo desiere prouocare, quẽ vincere non poterāt: sed non desierunt odisse, quem amare debebant. Pharisæis igitur & Herodianis digressis adoriuntur eum Sadducæi. Ea factio est apud Iudæos crassior & indoctior, dissentiens in hoc à Pharisæis, quod negant esse resurrectionẽ: adeo, vt nec angelos esse credāt, nec animas extare semotas à corpore: nihil esse putantes quod non videtur. Hi cum audissent Christũ crebro meminisse vitæ ęternę, & futuri seculi, ac resurrectionis iustorum: adoriuntur illum, experimentum facturi, vtrum cum pharisæis sentiret. an sibi contraria doceret: vt vel carperent illum, si secum pugnaret, vel irriderent, si cum pharisæis sentiret. Obiiciunt igitur huiusmodi problema: Magister, inquiunt, Moses hanc legẽ ædidit, Si quis vxore ducta decesserit absq; liberis: vt defuncti frater ducat à fratre relictā viduā, & cum ea congressus suscitet posteritatẽ fratri defuncto. Fuerunt autem apud nos fratres septem, quorum primus vxore ducta, defunctus est absq; liberis. Hanc

dixit

duxit proximus frater, qui & ipse decessit absq; liberis. Similiter accidit & tertio, & quarto, vsq; ad septimum, omnes decesserunt absq; liberis. Tandem mortua est & mulier, quæ fuerat septem fratribus nupta. Itaq; in resurrectione, quis omniũ habebit hanc vxorem: neq; enim potest esse communis omniũ? Et omnes ex ęquo duxerunt. Ad hanc interrogationẽ, quoniam plus habebat ignorãtiæ q̃ maliciæ, Iesus dignatus est respondere. Etenim qui per inscitiã errat, dign⁹ est qui doceatur. Cęterũ qui mera malicia sciscitantur, indigni sunt respõsõ: Erratis, inquit, qui scripturas legitis quidem, at non intelligitis: & nihil imaginantes supra res corporeas quas videtis: nescitis virtutẽ dei, qui mirabilior est in his quę non vidẽtur. Hic vbi vices sunt nascentium ac morientium, coniugium adhibetur ad propagationẽ humani generis. Cæterũ vbi iam erit absorpta mortalitas, & homines erũt spirituales, quod futurum est in resurrectione, quę nos reddet eosdem quidem, sed immutatos: neq; ducet quisquam vxorem, neq; nubet vlla. Nihil enim illic opus coitu, vbi mors nõ erit. Cęterum qui ad resurrectionẽ iustorum pertinent, sic viuũt absq; nuptiis, quemadmodũ viuunt angeli dei in cœlo: iam hic pro sua virili meditantes, quod in resurrectione sunt futuri. Malunt enim animas deo gignere, quã corpora mundo. Post hęc tacite notans hanc tam absurdam quęstionem, esse natã

ex

ex falsa persuasione, qua credebāt nullam esse resurre-
ctionē, nō dedignatur & hanc opinionē ex animis illo
rum reuellere, docēs & hoc ex Mosi libris colligi, cu-
ius autoritate fuerāt aggressi Iesum. Cur autem perpe
ram sentitis inquit, de surrectione mortuorū, quasi nō
& hanc palam docuerit Moses, cuius scripta crasse pa
rūque attente legitis. An nō legistis quid apud hūc lo-
quatur deus? Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac, &
deus Iacob. Hi si toti perissent morte corporū, nō di-
ceret se esse deum illorum, sed fuisse. Quod si est deus illo
rum, vtique viuūt illorū animę, viuunt & ipsi toti, quo
dammodo spe resurrectionis futurę. Deus est vita, nec
est deus mortuorum, qui iam esse desierūt, sed viuorum.
Ita docuit illos esse quidē resurrectionē: sed nō esse ta-
lem, qualem imaginabātur esse quū proponerēt stultā
de septem fratribus quęstionē. Populus autem quum
vidisset omnibus obturari os, prudentibus respōsis,
Pharisæi autē audientes. admirabātur eius efficacē & expromptā doctrinā. Nō
displicuit pharisæis, quod os obstruxisset Sadducæis, prę
sertim in argumēto, in quo velut ex diametro inter se
se dissident. Ergo quum viderent illos obmutuisse, ex
probrata etiam inscitia scripturarū, rursum veluti rece
pto spiritu sese pharisæi cōglomerāt, ac vnū quēdam
legis peritum subornāt, qui docta videlicet quęstione
Christum adoriretur, quò vel illum argueret inscitię,
vel ipse laudem eruditionis auferret: Magister inquit,
quod

quod est præcipuũ ac maximum præceptum in lege? Iesus ostendere volens illos, qui legis professione sese venditabant, longissime abesse ab eius precepti obseruatione, qui toti flagrarent liuore & odio proximi, cæterisq; vitiis q̃ nihil habent affine cum syncera charitate, nec quemquam amare deum, qui in proximum sit iniquus, respondit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima, & ex tota mẽte tua Hoc est primum & maximum preceptum. Quod tamen nemo vere seruat, nisi seruet & secundum, illi simile. Siquidem alterum ex altero pendet: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Siquidem quicquid in tota lege precipitur, quicquid docent prophetæ, hoc totũ in his duob⁹ preceptis cõprehẽditur. Quisquis enim deũ toto pectore diligit, nihil negliget, quod ille precepit: & qui proximum diligit tanq̃ seipsum, is nec furabitur, nec adulteriũ committet, nec falsum dicet testimoniũ, nec concupiscet rem alienam: in summa nihil alteri faciet, quod sibi fieri nolit. Tum phariseus ex tẽtatore iam propemodum factus discipulus, subiecit: Vere ac recte dixisti magister, q vn⁹ sit deus, quodq; non sit alius preter eum, quodq; hic solus supra cuncta, totis cũ viribus diligendus, quodq; omnis affect⁹ nostri sint in vnum illum transferẽdi: quodq; diligere proximũ perinde atq; se ipsum maius sit omnib⁹ holocaustomatis & sacrificiis. Iesus videns quod pruden

ter

ter respondisset, neq; pergeret insidiari, ait illi: Haud procul abes à regno dei. Intelligebat enim pharisæus quid esset optimum, tantum hoc deerat, vt affectu sequeretur, quod intellectu tenebat. Atq; interim tacite mordet consciētiam quorundā pharisęorum, qui Iesu moliebantur insidias capitales. Eoq; quum illi tātum interrogassent de summo mandato, cuius obseruationem sibi falso arrogabant, vltro adiecit & secundum de diligendo proximo. Nondum enim suspicabantur Christum esse deum. Certe proximum, ac benemeritum negare non poterant, in quem tamē machinabātur, quod nemo sibi vellet accidere. Vbi vero iam maior pharisęorū frequētia cōuenisset, Iesus tot quęstionibus ab illis tentatus, proposuit & illis vicissim quæstionem, [redacted] subindicās, quod post apostolis explicādum reliquit suo tēpore, sibi non solum esse naturam humanā, quam videbāt, & in quam essent sæuituri, verum etiam diuinam, quā vtcunq; ex ipsis factis poterant coniectare: nisi liuor: odium, ambitio, auaricia, cęteraq; vitia, animos eorū excæcasset. Rogat igitur simul collectos, quid illis videretur de Messya, cuius filius esset: hoc est, è cuius stirpe progenit⁹? Respondent incontāter: Dauid. Tum Iesus: Quid igitur sibi vult, ꝙ Dauid in psalmo mystico, spiritu cœlesti afflatus, vocat eum dominū, quum sit filius? Ita enim scriptum est: Dixit dominus domino meo,

Cōgregatis autē pharisæis.

meo, sede à dextris meis: donec reddã inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ. Qui cõsistit, vt si filius est Dauid, pater filium appellet dominũ? Nec erat quisquam illorũ qui posset hunc dissoluere nodũ, propterea q̃ de diuina Iesu natura, nihil adhuc suspicari poterãt. Si quidem Christũ vt secundũ corpus humanum erat filius Dauid: ita secundũ diuinã naturam dominus erat omniũ, non modo Dauid. Neq; quisquã posthac ausus est illum adoriri quęstionibus, quum viderent insidias in illum intẽtas, in suum caput recidere.

CAP. XXIII.

QVVM igitur toties illis obstruxisset os, teste multitudine, ne prorsus illorũ autoritas cõcideret apud populũ, cui doctores pręsidebãt, audiendos quidẽ docet, at nõ imitandos. Quãquã enim maxime cõuenit, vt qui doctoris munus suscipit, integritate vitæ, fidẽ & põdus cõciliet suæ doctrinæ: tamẽ nõ expedit omnino contẽnere salutiferã alioqui doctrinã, ob doctoris improbã vitã. Reuerẽtia, quã illorum mores nõ promerent, dãda est autori, cuius pręcepta recitãt. Neq; enim polluitur lex dei, si per os improbi doctoris proferatur: ipsi quidẽ inutilis est, sed accipienti prodest. Auersus igitur à pharisæis Iesus, in quibus nullã videbat esse spem vitæ emẽdatioris, turbis ac discipulis loquitur hunc in modum: Ipsi scribę & pharisęi se vobis prodũt, q̃ sint animis corruptis, q̃ inuidi, quã auari,

auari, quàm inanis gloriæ cupidi. Sed tamen ob muneris autoritatē audiēdi sunt. Occupant cathedrā Mosi, cuius legē docēt. Quæ docēt, sancta sunt: docēt enī aliena, cæterum vita longe lateq́ꝫ dissidet à doctrina. Proinde quæ vobis præscribūt ex autoritate Mosi, seruate & facite: sed tamē cauete, ne ad vitā illorū mores vestros cōponatis. Si viuerēt quemadmodum docent, totos oporteret imitari. Nunc quæ docent, ipsi nō prçstāt. Ab aliis plusquā totam legem seuerissime exigūt, ipsi sibi indulgent. In alios austeri, in se lenes sunt. Colligūt enim fasciculos præceptorū graues & importabiles, & imponūt humeris alienis, quos ipsi ne digito quidem dignātur attingere. Onerant enim legem per se satis onerosam, suis cōstitutiunculis, quo sibi cōcilient opinionem eruditionis & sanctimoniæ. Quod si qua præstāt iuxta legis præscriptum, nō id faciūt ex animo, sed ad laudē auramq́ꝫ popularem. Histriones sunt, & ceu psonati falsa religionis imagine, fabulam agūt, vt spectētur ab hominib⁹. At legē nō seruāt, nisi qui hoc prçstat, quod voluit legislator. Isti vero quicquid faciūt, faciūt ad aucupādā inanē apud plebeculam opinionē sanctimoniæ. Nā quū de⁹ post præcepta legis ædita subiecerit: Ligabis ea in manu tua, & erūt immota ante oculos tuos: nimirū illud sentiēs nō oportere vnquā obliuisci præceptorū dei, sed ad horū regulā cōponēdas esse oēs vitę actiones: isti

quū

quum prorsus negligant obseruare iussa diuina, tamē specie falsa se iactāt apud populum. Obambulāt lata phylacteria circumferētes, incedūt latis ac magnificis fimbriis, in his præcepta legis ostētant inscripta, quū in vita nusquā appareāt. Ad hęc animis inscribi oportuit, vita decebat exprimi. Sed placerēt oculis dei, cui vni vita nr̄a ceu fabula quæpiā agit̃. Sic hoc spectatore cōtēpto, vilissimam laudē affectāt apud imperitam multitudinē. Et quū vbiq; deceat doctorē moribꝰ, dictis atq; ipso etiā vultu præ se ferre virtutē eximiam: isti nusquā aliud agūt, quàm qđ est inanissimū, ac vix etiā viro dignū. Si quò vocātur ad cœnā, illic pueriliter ambitiosi sibi placēt, qđ ipsis locus tribuitur honoratior: in Synagogis & publicis cōuētibus amant primæ sedis honorē, Quū versant̃ in foro, gaudent honorifice salutari. Cristas erigūt quoties à pop'lo audiūt magnificū illū titulū, Rabbi, quasi soli sint honore digni, aut soli sapiāt: quū hoc ip̄o minimi sint apud deū, qđ sibi videnť maximi: & hoc ipso maxime desipiāt, qđ sibi videnť plurimū sapere. Soli deo debetur honos, qui solꝰ vere magnꝰ est, & honorādꝰ: soli deo debetur laus sapiētiæ, soli autoritas. Harū rerū, si quid est in hoībꝰ vmbra q̄dā dūtaxat est, si ad dei magnitudinē cōferatur, & hoc ip̄m à dei largitate ꝓfectū est. Proinde si q̄d honoris tribuūt hoīes hoībus ob dei dotes, quas in illis esse suspicant̃, nō debet sibi vindicare

re cui tribuitur, sed totũ ei transcribere, vnde totũ & gratis habet, si qd habet boni. Vos autẽ mei discipuli nolim istorũ esse similes: quin potiꝰ memores exem pli doctrinæq́ꝫ meæ, fugite cognomen arrogans sapi entię, neqꝫ vobisipsis placeatis, si quis appellet Rabbi nos: hoc est, magistros nostros. Vnus est enim in quẽ vere nomẽ hoc competit, hũc magistrũ habetis com munẽ. Vos aũt ad illum collati nihil aliud estis, quàm cõdiscipuli ac fratres inuicem: inter quos mutua cha/ ritas om̃ia reddit paria. Nec decet vt quisquam semet anteponat alteri: sed lõge diuersum certamẽ est, nimi rum vt alius alii cedat honorẽ, & alius alium officio præueniat. Itaq́ꝫ nec magistrũ quenquã appelletis in terris, quãdo quicquid habetis salutiferæ doctrinæ, id totum debetis deo. Ex hoc docet, quisquis recte do/ cet. Illius afflatu proficit, quisquis vere proficit. Nec posthac patris honorificũ vocabulũ homini tribua/ tis in terris, semel professi patrem cœlestẽ, cui vere de betis & vitam, & quicquid habetis, & vnde pendetis toti. Ne quis igitur honorẽ soli deo debitum, sibi vin dicet. Nemo homini tribuat, qđ soli debetur deo. In hũc vnum om̃is laus, honor, & gratiarũ actio est trãs ferẽda. Si quis bene docet, laudetur in eo sapiẽtia dei, quæ se per illum exerit, cõmunicatq́ꝫ. Si quis cura sol licitudineqꝫ patrẽ agit, laudetur in illo bonitas dei, q̃ per illum vobis prospicit. Neqꝫ vero hæc dixit domi nus

nus Iesus, quod impium sit præceptorē præceptoris appellare vocabulo aut parentē, parētis nomine salutare, sed hoc sermone prorsus euellere studet, ex animis suorū Pharisaicam ambitionē, qui quod erat dei, sibi vindicabant, & honorē exigebant à populo, pro doctrina, non sua sed dei, quasi ipsi essent autores, ac non potius ministri: tum plebis vel simplicitatē, vel adulationem, quę laudibus immodicis illos vehebat, quasi hominib⁹ plus deberēt quàm deo. Quoniā aūt intellexit, ex huiusmodi ambitione nasci pestes, & exitia cōgregationū, ideo sermonē hac clausula absoluit: Qui inter vos maxim⁹ est, is erit vester minister. Qđ enim habet, aliūde accepit, & gratis accepit, & in hoc accepit, vt aliis impartiret. Itaq; quò maior est dotibus diuinis, nō hoc erit arrogantior, sed sollicitior, vt cōmunicet, hoc submissior, ne semel perdat arrogantia, quod diuina benignitas largita est. In autorē deū, gloriam omnē transfert, sibi præter humilis ministri sedulitatē nihil vindicans. Is vere magn⁹ est, qui sibi minim⁹ est, Atq; is iā incipit esse minim⁹ apud deū, qui suo iudicio magn⁹ est. Quod si quis sese iactet, & efferat, de gratuitis donis dei, spoliatus iis, quib⁹ se fecit indignū, ex maximo fit minim⁹. Cōtra qui se deiecerit agnoscēs, & exaggerans imbecillitatē suam, ac dotes dei, quibus magnus est, aut dissimulans, aut in fratrum vtilitatē exprōmens: is quoniā sua modestia

Qui maior est verstrum.

prouocat liberalitatē diuinā, auctis dotib9 ex magno sit maior. Post hæc Iesus versus ad scribas & Pharisæos, palam ac magna libertate inuehitur in maliciam eorum, minitans illis vltionē diuinam, quò vel pudore resipiscant, vel metu suppliciorū, vertātur ad meliora, & omissa simulatione sanctimoniæ, incipiant esse pietatis Euangelicæ cultores. Væ vobis, inquit, scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui quū profiteamini legis peritiam, & ob hoc quodāmodo teneatis claues regni cœlorū, nō solum ipsi nō intratis, sed aliis intrare volētib9, quib9 debueratis aperire fores, occluditis eas: & obsistitis vltro paratis, quos cessantes debueratis excitare. Quū enī cōspiciatis iam adesse lucē Euāgelicam, tamē vestræ gloriæ, vestríq; lucri gratia, populū adhuc in vmbris legis detinetis, excludentes à veritate. Væ vobis scribę, & Pharisæi hypocritæ, qui sub prætextu religionis, deuoratis domos viduarū, quibus imponitis falsa specie sanctimoniæ. Simulatis enī lōgas precationes in publico, quū interim anim9 nihil aliud spectet, quàm prædā à stultis mulierculis, q̄ vos credūt interim cū deo colloqui. Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, propterea qđ obābulatis per terras ac maria, vt è gētibus vnū aliquē pelliceatis ad legis ꝓfessionē. Qui cū attractus fuerit spe discēdę religionis, supstitiosa vestra doctrina, puersisq; moribus talem redditis, vt nō solū nō fiat pur9 dei cultor,

Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritę

&

et hæres regni cœlorum, sed sceleratior etiã Iudæus, quàm fuerat Ethnicus, & magis etiam obnoxius ge hennę, quàm vos estis. Fit eñ ferè vt discipuli malos præceptores vincant etiã plærũq;. Væ vobis cæci du ces, qui professi doctores, ipsi nescitis quid doceatis, nimirũ aberrantes à scopo legis, nec alio torquentes oĩa, quàm ad quæstũ vestrũ. Dicitis enim, quicũq; iurauerit per tẽplum dñi, non tenetur iureiurãdo, sed qui iurauerit per aurũ quod est in tẽplo, is demũ tene tur iureiurando, præpostero iudicio pluris facientes, nõ ea q̃ p se sanctiora sunt, sed q̃ vr̃æ auariciæ gratio rá. Alioqui respõdete mihi stulti & cæci, vtrũ est san-ctius, aurũ, quod ornãdi gratia additum est templo, quodq; vertitur in lucrum vestrum inq; vestri luxus materiã, an templũ ipsum cuius sanctimonia facit, vt aurum etiã alibi prophanum, illic sanctum habeatur? Item dicitis qui iurauerat per altare, nõ tenetur religi one, cęterũ qui iurauerit per donũ, qđ impositũ est al tari, tenetur iureiurãdo. O cæci doctores vtrũ eñ plu ris fieri debet, donũ an altare, qđ sanctificat ipsum do num? Neq; eñ altiũ de sanctũ est donũ, nisi qđ sacro altari est impositũ. Et hic p̃postero iudicio vultis do-naria videri sanctiora altari, qđ ea cedũt in vsus vr̃os, quũ templũ & altare extructa sint in cultũ & gloriam dei, q̃ vobis curę nõ est. His vr̃is cõmentatiũculis, qđ aliud quã subuertitis legẽ dei, q̃ p̃hibet oĩe piuriũ?

Etenim quemadmodum interpretatione subuertitis præceptum de honorandis parẽtibus, ita hic docetis peierare. Perfectum erat omnino nõ iurare, sed tamen quisquis iurat per rem quamcũq́, quæ sacra habetur apud eum cui iurat, periurus est, nisi præstiterit qđ iurauit. Quisquis iurat per altare, iurat & p ea, quę sunt in altari. Ita quisquis iurauerit per templũ, iurat & p deum tẽpli inhabitatorẽ. Quisquis iurat per cœlũ, iurat per thronũ dei, & per cõsequẽs, per eum qui sedet in illo. Quisquis iurat per caput alteri9, iurat per rem deo sacram, cuius is qui iurat, nullam habeat potestatem. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui in his q̃ ad quæstũ vestrũ pertinẽt, minimũ autẽ habẽt momẽti ad verã pietatẽ, etiã minutissima exigitis: in decimis extorquendis, adeo supstitiosi, vt ẽ vilissimis etiã holerib9, menta, ruta, anetho, & cumino, decimas colligatis. Atq́ interim ea quę maximi momẽti sunt, & vnde pendet vera iusticia, pro nihilo ducitis, iudicium, misericordiã, & fidem. Iudiciũ, ne quẽ affìciatis iniuria: eleemosynam, vt subueniatis oppresso, & egẽti: Fidẽ, ne quem fallatis periurio. Hæc ita lex exigit, vt in primis velit curari, quum illa veluti minimi momenti horũ gratia adiecerit. Hęc igitur in primis erãt serio curanda, si minuta illa nõ videbãtur omittenda. Si cuncta seruaretis ad vnguẽ, videri poterat religio, nũc quũ omissis iis, sine quib9 nulla cõstat iusticia, cu

retis

retis ea quæ leuissima sunt, hypocrisis est, nō religio, Imò religionis pernicies. Siquidē antequā instituerentur decimæ, tamē integritas, beneficētia, & fides exigebatur, & ad iusticiæ laudē pertinebāt. O duces cæcos, qui præpostere religiosi culicem excolatis, quū camelum deglutiatis, in minimo superstitiosi, in maximo negligentes. Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritę: propterea qđ præpostere mūdiciem curatis. Crebris eñi lotionibus purgatis calices, & patinas & candelabra, quę quoniā extraria sunt, nō inquināt animū hominis, & id qđ intus est/negligitis illorū, nimirū animum vestrū. Nō eñi inquinat hominis animū, si quis bibat ex illoto calice, sed si quis bibat vinum fraude partū, si quis ad luxū bibat, nō ad necessitatē. Idētidē abluitis corpus, atq; ea quæ corporis sunt, & animū non purgatis, rapina, libidine, cæterisq; veris sordibꝰ impurū & inquinatū. Pharisæe, te inquā appello pharisæe cæce, qui te titulo cultuq; iactas magistrum populi, cęce, prius hoc cura, quod vnum ad rem pertinebat. Si placet vera mūdicies, mūda prius quod est internum, & tum, si videtur, mūda, quę sunt externa, corpus, vestem, vrceos, calices, patinas sellas, reliquamq; supellectilem. Alioqui in his ostentare mundiciem, neglectis iis, quæ sola nos reddunt apud deum mūdos aut immūdos, nō mundicies est, sed hypocrisis, ac veræ mundiciei pnicies. His enim vestris constitutiūcu

lis,corrūpitis animos simpliciū,vt huiusmodi mūdiciis freti,negligāt ea,quę vel sola fuerāt curāda. Vę vobis scribæ & pharisęi hypocritæ,qui tantum abestis, à vera mundicie, vt magis similes sitis sepulchris dealbatis,cādidoq; tectorio foris falsam mūdiciē prę se ferētibus, quū intus plena sint ossib9 cadauerū,omniq; spurcicie. Sic & vos prolixis precib9,latis phylacteriis, spaciosis fimbriis,pallore,& ieiunio,similibusq; fucis, foris videmini religiosi,& integri:quū animus vndiq; scateat simulatione,omniq; genere vitiorū madeat. Vę vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, propterea q̄ ad falsam ostētationē sanctimoniæ magnifice extruitis sepulchra pphetarū,& ornatis monumēta iustoꝝ,quos vestri maiores occiderūt,& simulātes vos fauere virtuti interfectorū, ac detestari crudelitatē eorū, à quibus sunt occisi,dicitis: Si vixissemus ætate maiorū nostrorū,nequaq̄ cōsensuri fueram9 in necē innocētiū,quū nunc atrociora moliamini aduersus eum, qui prophetas antecellit:& olim estis molituri aduersus eos,q vobis ęternę salutis viā aperiēt. Hoc animo quū sitis,nimirū declaratis vos germanos esse filios eorū,qui prophetas, à quibus libere monebātur occiderūt, nihilo meliores illis futuri,si vos cōtigisset illorū ætate viuere. Agedū,respōdete maioribus vestris, & quod deest illorū extremæ crudelitati,vos ne quid desit, implete. Illi prophetas occiderūt,vos eū quē prędixerūt prophetę,

phetę. O serpētes: viperarū progenies, homicidarum filii homicidæ, Quū tam inuincibili malicia sitis, quū nullis neq; beneficiis, neq; miraculis, neq; blandis sermonibus, neq; austeris, neq; pollicitis, neq; minis possitis corrigi: vt interi effugiatis iudiciū hominū quomodo effugietis iudiciū gehēnę? Id vobis hoc magis exaggeratis, quod nec maiorū execrabili facinore deterremini ab occidendi libidine. Tot prophetæ missi sunt, quorū multos interemistis. Tandem ipse veni, in quē sitis quid moliamini. Nec hoc contētus quo magis sit omnibus euidēs vos atrocissima condēnatione dignissimos esse, ecce ego rursus mittam ad vos alios prophetas, sapiētes & scribas, qui summa lenitate vos reuocēt ab ista crudelitate, ad mentē meliorem: nec imputabuntur superiorū temporum parricidia, si ad horum prędicationē egeritis pœnitētiā. Verum nec his parcetis, sed ex his, alios gladio necabitis, alios lapidibus obruetis, alios crucifigetis, alios flagellabitis ī Synagogis vestris, & adeo nō recipietis eos, vt persequuturi sitis ē ciuitate in ciuitatem, donec illos insanabili vestra malicia compellatis ire ad gētes. Quib9 rebus adeo prouocabitis iram dei in vos, vt quicquid homicidiorū patratum est à maioribus vestris, à primo parricidio, quo Caim occidit Abel fratrē suum. vsq; ad cædem Zacharię filium Barachiæ, quem occidistis inter tēplū & altare, nec loci religione deterriti ab homi

cidio. Horū pœna dilata refundatur in caput vestrū, qui maiorum omniū credulitatē nō solum retulistis, verū etiā vicistis. Vestra igitur calamitas, tam erit insi gnis, vt totꝰ mūdus intellecturus sit quāta fuerit crudelitas huius nationis in optimū quēq; virū: quanq; pertinax rebellio aduersus deum, tāta lenitate, tam diu tolerantē, tāta beneficētia, toties inuitantē ad meliora. His dictis clementissimus dominus Iesus, qui pro sua bonitate nolebat quēquā omnino perire, considerans miserabile quod imminebat excidiū vrbis Hierosoly mitanæ, nā illius oculis erāt omnia præsentia, simulq; inexpugnabilē illorum peruicaciā, qua diuinā lenitatē versuri erant in furorē, oratione lamentabili deplorat Iudaicæ gentis vastationē, subindicās secundum aduē tum suum. sed Iudęis tum demū sero resipiscētibus, & christum quē nunc negant agnoscētibus: Quū ma gis in rem illorum fuerit, nunc cōfiteri seruatorē suū, à deo missum, atq; idem ex animo canere, quod indi gnabantur à pueris decātari: Benedictus qui venit in nomine domini. Hierusalem, inquit, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te, quoties conatus sum congregare filios tuos, quemad modum sollicita gallina metuens pullis suis, congregat eos, fouetq; sub alis suis, & noluisti. A me nihil omissum est quo seruareris: sed cōtra nihil abs te præ termissum est, quò tibi perniciem accerseres, salutem exclu-

excluderes. At cui semel data est arbitrii libertas, inuitus seruari non potest. Oportebat meę voluntati, vestram respondere voluntatem. Ecce nunc imminet vobis miseranda calamitas. Relinquetur vobis habitatio vestra deserta. Relinquemini cęcitati vestrę, donec aliquando vel tantis docti malis resipiscatis. Dico enim vobis posthac nō videbitis me quousq; venerit illud tempus, quo me vidētes oculis fidei dicatis: Benedict⁹ qui venit in nomine domini, quem nunc calūniamini venisse in nomine Beelzebub.

CAP. XXIIII.

VT autem Iesus & imagine quadā reprę sentaret templū, & omnē Iudaicæ legis religionē breui abolendā, egressus ė tēplo cœpit abire. Discipuli vero, quoniā audierāt nōnullam vastitatis mētionē, ostēdunt domino tēpli molem, opere tam admirabili: vt indignū videretur, tum adeo firma structura vt nō videretur posse dirui. Iesus autem respondit: Videtis, inquit, hęc omnia? illud habetote pro certo, nihil est omnium horū tam munitū, aut pulchrum, aut sanctum, quod nō sit demoliendū, adeoq; dissipandū vt nec lapis vllus lapidi cohęreat. His dictis Iesus abiit in mōtem, qui dicitur oliueti. Hic quum sederet tēplum habens in prospectu, adeunt eum seorsum discipuli quatuor, quos primos omniū vocauerat, Petrus, Iacob⁹, Ioannes, Andreas. cognituri certius aliquid de tēpore

tantę

tantę calamitatis vēturę. Suspicabātur enim mox à va stationē ciuitatis Hierosolymitanę, tēpliq; demolitione, rursus aduenturū christū, cum maiestate. Christus autem quò redderet suos vigilātiores, ita temperat sermonē, vt nolit eos scire tempus extremi aduentus, & tamē cōmemorādis malis efficiat illos sollicitos, & ad malorum incursionē paratos. Dicunt igitur discipuli: Dic nobis quādo ista q̄ prædicis, futura sunt? Et quo signo poterimus nosse tuum aduentū, seculiq; finem imminere? At Iesus ad id quod rogabant non respondens, ad illa magis deflectit, quę pararent animos illorum ad perpetuā vigilantiā Euangelii: Sum omnino vēturus, inquit, sed videte ne quis mentitus aduentum meum vos fallat. Siquidem multi vēturi sunt, qui sibi vindicabūt nomē meum, & dicēt se esse Christum, & inuenient stulte credulos quos fallant. Tumultus rerū omnium speciem prębebit iam instantis mūdi finis. Audietis enim bella, variosq; bellorū rumores, rebus ipsis vt fit, atrociores. Verum ne protinus ista deiiciat animos vestros, vt existimetis instare tempus illud extremum. Oportet quidem hanc rerum perturbationē exoriri, sed non ilico finis erit malorum. Latius vagabitur hæc tempestas. Non enim Hierosolyma tātum vastabitur, sed totus orbis bellis ac cædib⁊ miscebit̃. Insurget gens aduersus gentem, & regnum cum regno conflictabitur, maximāq; malorum partem, homines

mines ab hominibus patientur. Quin & deus vltor, addet sua flagella, pestilētiam, famem, variisq; in locis terrę motus. Ne hæc quidē arguent mundi finem, sed tantū prçludia sunt mali, velut parturiētis extremā illā mundi perituri tēpestatem. Nec vos interim eritis ab huiusmodi malis immunes. Siquidē in hoc rerum tumultu, pertrahent vos in varias afflictiones, deniq; & occident, atq; interim eritis odio, nō Iudæis solū, sed omnibus gētibus, non ob malefacta vestra, sed ob id q profitemini nomē meū. Interim multi malis offensi, suppliciisq; victi descifcent à professione mei nominis, aliusq; aliū prodet, cognat9 cognatū, amicus amicū, seq; mutuis odiis prosequentur, quos natura charitatis vinculis copularat. Quin & aliud grauius malorum genus erit. Exorientur pseudoprophetę, falsiq; doctores, qui simulantes, sese prædicare Euangelium meum, suę gloriæ, sui quæstus, suiq; ventris agent negocium, proq; meo spiritu, satanæ spiritum inferēt discipulis, pro regno cœlorum, regnū huius mundi docebunt. Horum technis illaqueabuntur etiam ii, quos tormenta superare non poterant. Nullus est enim capitalior hostis, quàm domesticus, & fucatus amicus. In his malis, nec à fratribus atq; amicis multum expectabitur solatii. Siquidem exundāte multitudine vitiorum, multorū charitas refrigescet. Vobis tamen nihil erit periculi, modo cōstanti fortiq; animo perseue

retis

retis vsq; ad finem. Nulla malorũ vis quenq; poterit perdere, nisi quẽ animus rectus defecerit. Nec vos perire patiar, nec Euangeliũ opprimi. Imò his tumultib9 magis ac magis inualescet Euãgelii robur: nec aliud poterit in vos malorũ procella, nisi q̃ pietatẽ vestram reddet spectatiorẽ. Non enim vẽturus est mũdi finis, priusquã hoc Euangeliũ regni cœlorũ, per omnia regna mundi prędicetur, omnesq; nationes occuparit, ne qui parere noluerint, prętexere queãt ignorãtiam. Hoc vbi factũ erit, tũ veniet mũdi cõsummatio, cuius si signũ quęritis, accipite. Quũ videritis idolũ abominabile, quod conabitur funditus subuertere religionẽ Euangelicã, de quo vobis olim vaticinatus est Daniel dicens: & in dimidio hebdomadis auferetur sacrificiũ & libamina, & in tẽplo abominatio desolationũ erit, vsq; ad cõsummationẽ tẽporis. Hoc inquã idolũ abominãdum, quũ videritis collocatũ in templo, hoc est in arce sanctitatis. Qui prophetę vaticiniũ legit, intelligat. Sermo mysticus est, & spirituale requirit lectorẽ. Cum igitur hęc tempestas ingruerit, qui sunt in ciuitatib9 Iudæę, relictis oppidis fugiãt in mõtes, & qui in tectis sunt ædium, desiliant, nec descendant, vt quicquã rerum secum tollãt ex ædibus, & quos illud tempus depręhenderit in agro, ne recurrãt in domum vt vestem auferant. Non enim tum vacabit rebus consulere. Magnũ est si celeri fuga vitę cõsulatur. Nã illa recuperari

In testimoniũ illis.

cuperari possunt, vita semel amissa sarciri non potest. Proinde male erit prægnãtibus, & mãma nutriẽtibus in diebus illis. Hęq; enim grauidę poterunt onus ventris abiicere, vt expedite fugiant, neq; lactantes sic possunt abiicere liberos, quos tenerius, quã seipsas amãt, queadmodũ pecuniã aut vestem abiiciunt. Vobis aũt quos neq; domus, neq; possessiones, neq; liberi remorabuntur, tantũ orandum est, ne vobis incidat, & fugiendũ sit hyeme aut sabbato. Nam & celeriter erit fugiendũ & procul. Cęterũ hyems ob rigorem, & lucis breuitatem incõmoda est peregrinãtibus: & sabbato legis obstat religio quò minus procul aufugiatis. Erit enim tunc afflictio vehemẽs, qualis à condito mũdo ad hunc vsq; diem nunquã fuit, neq; post futura est. Quod si calamitas vt erit vehemẽs, ita foret & diuturna, nullus hominũ superesset incolumis. Merebaẽ quidem illorũ malicia internitionem, sed propter electos quãlibet paucos dies illi breuiabũtur. In hac confusione rerum quũ expectabitur aduentus mẽus, cauendũ est ne quis decipiatur arte impostorũ, exoriẽtur enim multi pseudochristi, qui se iactabũt esse Christũ, quũ non sint imò quũ sint aduersarii mei, qui se dicent esse prophetas quũ nõ sint, sed potius magistri errorum. Hi non solum erunt instructi dolis, falsáq; specie sanctimoniæ: verũetiam prodigiis ac magicis ostẽtis imitabuntur meam potẽtiã; adeoq; multis ac miris pręstigiis


giis sibi vindicabunt personam meã, vt electi quoq; si fieri possit, in errorẽ sint adducẽdi. Vos igitur moniti cauete, nam in hoc prædixi vt caueatis. Tum igitur si dixerint, Christus est in deserto, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite introire: Ecce hic aut illic, nolite credere. Non erit talis aduentus, qualem hũc vidistis, lętus, & humilis: sed subitus ac maiestatis fulgure, totum orbem subito complectens. Sicut enim fulgur emicans ab oriente raptim penetrat vsq; ad occidẽtẽ, sic erit aduẽtus filii hoĩs. Nec est q̃d metuatis ne nõ sitis mecũ, in tãta rerũ cõfusione. Vbicunq; fuerit corpus, eo cõgregabũtur & aquilæ. Nõ deerũt capiti sua mẽbra. Calamitatis autẽ magnitudinẽ sentient, & corpora cœlestia. Nã & sol obscurabit̃, & luna nõ dabit lucẽ suã, nimirũ obscurato sole, vnde lumẽ habet mutuũ: stellæ de cœlo decident, atq; ipsæ virtutes cœlorũ cõcutiẽtur, veluti de ruina periclitãtes. Tũc inter densissimas tenebras coruscabit ẽ cœlo signum filii hoĩs, signũ inquã quõ deuicit satanam, & omnẽ illi⁹ tyrãnidẽ protriuit: signũ quõ se frustra vicisse gloriabat̃. Quõ cõspecto, percũtiet sua corpora nationes totius terrę, quũ viderint Iudæi quẽ copũxerũt, quũ viderint gentes maiestatẽ crucis quã irriserant. Videbũt enĩ filium hoĩs, quẽ nũc humilem despiciũt in sublimi veniẽtem in nubib⁹ cœli cum ingẽtib⁹ copiis angelorũ summa cum maiestate & gloria, tum emittet ange

angelos suos, qui vocali tuba cōgregēt om̄es electos eius, à quatuor ventis, à summis verticibus cœlorū vsq; ad extremos terminos illorum. Sed quo tēpore hæc sint futura, nō est meum exacte præfinire. Sed tamen ex malis, q̄ cōmemoraui, velut ex prœmiis po-teritis conicere tēpus illud haud pcul abesse. Quēadmodum ficus indiciis quibusdā prædicit instare æstatem, videlicet quū ad fauonii flatū, iam tenerescēte ramo, protrudit gēmas, ac folia quodāmodo parturit. Ita & vos quū videritis hæc omnia quæ prædixi, scitote quod aduentus filii dei est in foribus. Illud affirmo, non præteribit hæc generatio, quin omnia quæ prędicta sunt eueniant. Cœlum & terra peribūt citius quā mea verba sint irrita. Vobis igitur satis sit signa nosse, quæ diem aduētus mei portēdant, ne vos incautos opprimat. Cæterum exacte diem illum, aut horā, qua filius sit aduenturus, non est vestrum inquirere, quādo nec angelis cœlorum hæc scire datum est: atq; adeo nec filius hominis nouit. Hoc sibi soli seruauit pater. Et sic expedit vobis, quò semper sitis parati. Dies ille subito veniet, & inexpectatus aliis. Quemadmodum temporibus Noe, quum annis aliquot esset eis prędictum diluuiū, tamen arbitrantes nequaquam venturum, edebant, bibebant, elocabant sponsas, & ducebant vxores vsq; ad extremum diem, quò Noe ingressus est arcam, neq; crediderunt fore diluuiū do-

Ab arbore fici disce parabolam

nec

nec viderent iam adesse diluuiũ, quo perierunt vniuersi qui noluerunt exẽplo Noe parare sese aduersus eum diem. Quemadmodũ autẽ tum pauci assumpti in arcam seruati sunt, cæteri foris relicti perierunt: ita tunc subito diuidẽtur perituri à seruandis. Erunt duo laborantes in eodẽ agro, socii mercedis & operę, quorum hic assumetur, alter relinquetur. Erunt duæ molentes eadẽ in mola, quarũ vna assumetur, altera relinquetur. Quin & ẽ duobus, quos idẽ lectus iungebat, vnus assumetur, alter relinquetur. Non enim opus aut locus,
Vigilate itaq; aut vitæ genus beabit hominẽ, sed affectus. Proinde quãdoquidem hæc absq; dubio sunt euẽtura, nec potest sciri certum quo die ventura sint: semp vigilate, ne vos ille dies opprimat imparatos. Si vigilant homines ne pereat pecunia, quãto magis vobis vigilandum est ne pereat anima. Quis est em̃ paterfamilias tã supinus, qui si sciat furẽ nocturnum irrepturũ in ędes suas, sterteret totam noctem, ac pateretur domũ suam perfodi? Vobis igitur est om̃i vita vigilãdũ, quia certi estis præter expectationẽ venturum diẽ illum. Sic em̃ viuẽdum est, vt quãdocunq; venerit ille dies, reperiat vos in officio, vt statim ad præmium possit assumi. An non idẽ facturus sit seruus prudens ac fidelis, quẽ dñs peregre profecturus, præfecit suæ familiæ, vt cæteris familiaribus præberet cibum suo tẽpore? Nõ illi prescribit dñs quãdo sit domum rediturus, ne possit



sit in officio cessare: sed quandocūq; redierit dn̄s, nō ne beatus erit ille seruus, si offenderit eum fungētem officio suo? Pro certo dico vobis, quod expertus illi⁹ fidem, audebit illi maiora credere, preficietq; omnib⁹ bonis suis. Cōtra si malus seru⁹, & infidelis dixerit in corde suo: Diuti⁹ abest dn̄s, & fortasse nūquam est re diturus: atq; hac spe cœperit percutere seruos suos, & neglecta familia, bibat & edat cum temulētis, quàm is est futurus infœlix, quū dn̄s venerit, die quo nō expe ctabat, & hora qua nō suspicabatur eum rediturum. Nō enim solū submouebitur ab officio suo, verūetiā dn̄s dissecabit eum mediū, & portionem illi⁹ adiūget hypocritis, qui titulū habent Euāgelicæ functionis, quū factis ipsis pugnent cū Euangelio. Illic pro ma le dulcibus voluptatib⁹, quib⁹ ebrius nō obseruarat aduentum domini intolerabili cruciatu punietur, risu verso in fletum, & cantilenis in stridorem dentium.

CAP. XXV.

ATQVE vt penit⁹ infigeret animis suorū Ie sus nō esse cessandum aut dormitandū, in hac vita: sed assiduo cultu pietatis, & officiis in proximū, parandū viaticū in vitam futuram: nam in resurrectio ne sero nos quæsituros, nisi dum tēpus erat parauerimus, adiecit parabolam de decē virginib⁹, quæ sum/ ptis lampadib⁹ suis, exierūt obuiam spōso. Sed ex iis quinq; erant fatuæ, quæ sibi de oleo nō prospexerāt,

in sponsi aduentum suffecturo, quod sibi persuaserant non ita subito proditurum sponsum, quin spacium daretur alicũde comparandi olei. Prudentes vero sciẽtes incertum esse tempus, quãdo proditurus esset spõsus, ne possent imparatæ opprimi, simul cum lampadibus & oleum secum extulerunt in vasculis, vnde deficientes lampades instaurarent. Quum igitur in longum differret exitum suũ sponsus, dormitare cœperunt virgines omnes, ac tandem obdormierunt. Nocte vero intempesta, subito clamor coortus est famulorum euocantium ad occursum: Ecce sponsus adest, prodite obuiam illi. Tunc expergefactæ virgines omnes, adornabant lampades suas. Porrò fatuę, quum viderent subito abeundum medio noctis, nec haberent oleum, iam deficiẽtibus lampadibus, rogauerunt prudentes virgines, vt sibi de suo oleo nonnihil imparti rent. At illæ responderunt: Veremur ne quod habemus non sit futurum satis nobis & vobis. Abite potius ad eos qui vendunt oleũ, & ab illis emite vobis. Atq; interea dum irent emptum, venit spõsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, moxq́; clausa est ianua. Tandem veniũt & fatuæ virgines, pulsantq́; fores, ac dicũt: Domine domine, aperi nobis. Quib⁹ spõsus respõdit: Profectò nõ noui vos. Vos igitur ad exemplum prudentiũ virginũ, serui fidelis, ac prudi patrisfamilias, vigilate: in tẽpore vobis parate

bo

norum operũ cõmeatũ, quia nescitis diẽ & horam illius aduẽtus: qui cum subito extiterit, iam nõ erit amplius tẽpus benefaciendi: sed cuiq; ferendũ erit præmiũ pro retro gestis. Addidit iesus & aliam parabolã, extimulans discipulos suos ad perpetuũ studiũ bonorum operũ, ne cõmitterent vt doctrinã ac dotes a se acceptas, sua negligẽtia sinerent esse steriles, sed studio curaq; sua verterent in vtilitatẽ proximi, seseq; præberent idoneos maiorib9 donis, qui qđ pro suo modulo captuq; accepissent, collocassent in lucrum dñi sui, q gaudet tali fœnore ditescere. Quidã, inquit, homo peregre pficiscẽs, vocauit seruos suos, quib9 tradidit bona sua: nõ vt sibi pfunderẽt, sed vt inde dño suo lucrũ referrẽt, vnde sorte acceperat. Et huic quidẽ dedit talentũ vnũ: illi duo: rursus alii quinq;, prout quẽq; iudicabat idoneũ. Quo facto statim ingressus est iter. Is igit quib9 credita fuerãt talẽta quinq;, nõ cessauit, sed statim abiit, & ad vsurã mutauit acceptã pecuniã: idq; toties, vt tandẽ vsura sortẽ æquaret: & ex quinq; talẽtis, fierẽt decẽ. Ad eũdẽ modũ qb9 duo credita fuerãt talẽta, sic vsus est illis, vt vsura sortẽ equarit. Porro cui traditũ erat vnicũ talẽtũ p ignauiã abiit, & talẽtũ acceptũ defodit in terrã, sat esse iudicãs, si dño suo sortẽ restitueret. Post diutinã igit peregrinationẽ dñs rediit, & exegit a seruis suis dati & expẽsi rationẽ. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, ex vsura retulit,

et alia quinqȝ, Rationem ita reddens: Sortem dederas quinqȝ talentorũ, Ecce tantũdem ex his lucratus sum. Dominus collaudans serui industriã, ait: Euge serue bone ac fidelis, quoniã in paulo pecuniæ te comperi fidelem, plura credam tuæ fidei: intra in gaudium domini tui. Post hunc accessit & is cui duo talenta crediderat domin9, & iussus reddere rationem, ait: Domine sortem talentorũ credideras, Ecce tantũdem adieci ex vsura. Domin9 & hui9 industriam collaudans, ait: Euge serue bone ac fidelis: quoniam in exiguo mihi perspecta est fides tua, post hæc maiora tuæ concredã fidei: intra in gaudiũ domini tui. Tandẽ accessit & is, qui talentũ acceptum defoderat in terra, ac iussus rationem reddere, nõ solũ nõ agnoscit culpam inertiæ, verũetiam dominũ insimulans austeritatis, & auaricię immodicæ, crimen officii neglecti, conduplicat: Domine, inquit, sciebam quod esses homo austerus, inde messem colligis vbi nõ feceras semẽtem, & inde congregas lucrum, vbi nõ sparseras sumptũ. Proinde me tuens, ne si sors aliquo casu perisset, sæuires in me: abii, defodiqȝ talentum tuũ in terra. Hoc malui, quàm dum vsuram capto, periclitari de sorte. Ecce habes qđ tuũ est, Si nõ mereor laudem ob lucrũ additum, certe sors curaui vt esset in tuto. Hũc sermonem dominus in ipsius caput retorquẽs, ait: Serue male & piger: noueras, vt ais me lucri esse auidum: colligere messem illinc,

linc, vbi non feceram sementem: & congregare prouentum illinc, vbi nō feceram sumptū. Tanto magis oportuit te cōmittere pecuniam meam nūmulariis, & ego qui lucrum venor illic, vbi nō feci sumptū, vtiq; venturus eram ac meā pecuniam exacturus cū vsura: hoc est, inde messurus, vbi seminaueram. Mea erat sors, nō tua: industriam tuam seruꝰ debebas dn̄o. Tum versus ad alios seruos, dixit: Auferte ab hoc inutili seruo talentum, & date ei qui habet decē talenta. Admirantibus seruis, quod ei iuberet addi, qui iam abūdabat, ait dominꝰ: Ita fiet in hoc opū genere, Quisquis habet, dignus est qui plus accipiat, vt exuberet: cæterū qui per ignauiam nihil sibi parauit lucri, etiā hoc, qđ habere videbatur, quoniā indignus est, spoliabit̃. Porrò seruū illum inutilem submouete ab oculis meis, & abiicite in tenebras externas. Ibi pro gaudio dn̄i sui quod promereri noluit, cruciabitur fletu & stridore dentium. Huiusmodi parabolis dominꝰ Iesus discipulos suos, & præmiorū magnitudine, & suppliciorum metu extimulauit ad studiū Euangelicę pietatis, & ad benemerendū de proximo: atq; à cessatione, & male faciendi licentia deterruit. Sed idem multo dilucidius fecit extrema narratione qua & maiestatem aduentus sui, & segregationem bonorū à malis, quæ nūc in ecclesia permixti viuūt: & vtriusq; partis diuersa merita, diuersaq; item præmia, breuiter totā iudicii supre-

mi imaginē subiicit oculis, non ignarus instare diem mortis suę, quò tot sermonibus instructi nō omnino deiiceret animos ob ignominiosam mortē crucis: sed præsentē afflictionē vēturæ felicitatis, præsentē ignominiā futurę glorię contēplatione, cōsolarentur. Neq; molirētur, aut optarēt vltionē improbis, quos in illo iudicio scirēt pro suis meritis æterno supplicio plectē dos. Qũũ autē venerit, inquit, filius hominis, quē pro pedē videbitis humillimũ, & abiectissimũ, cũ maiesta te sua, stipātibus illũ omnũ angelorũ agminibus: tũc vti iudex omnũ sedebit in sede maiestatis suę, & in cō spectũ illius conuocabũtur omnes totius orbis natio nes. Nullus enim hominũ quãlibet excelsus aut humi lis poterit illud iudiciũ effugere. Id nō humanis cōie cturis, sed exacto dei iudicio perageť, cui9 oculis omnia sunt cōspicua. Ac primũ separabit bonos à malis, quēadmodũ pastor gregē suum dinumeraturus, sepa rat oues ab hædis. Et oues quidē, hoc est, innoxios ac beneficos statuet ad dexterā: hœdos, hoc est, nocentes ac maleficos ad sinistrā. Itaq; vniuerso mortaliũ gene re, in duos ordines distributo, tãq; iust9 iudex vtrisq; rationem proferet sui iudicii, vt boni cognoscant, qui b9 officiis promeruerũt tãtã felicitatē, & mali audiãt, quib9 culpis cōmeruerint ęterna supplicia. Ac dextrũ quidem ordinem placido lętoq; vultu salutans: Venite, inquiet, amici mei, quos mũdus quidem despicatos

& exe-

& execrabiles habuit, sed pater me⁹ pro honoratis & laudabilibus habet. Nũc pro malis quę mea causa per pessi estis, accipite hęreditatẽ regni cœlestis, quod vobis diuino consilio paratũ fuit à deo omniũ rerũ pręscio, ante cõditũ mundũ. Hoc tãto pręmio cõpensare visum est, officia charitatis erga me vestræ, ne vobis perisse putetis. Siquidẽ olim cũ esurirẽ, vos mihi dedistis cibũ: quũ sitirẽ, dedistis potũ: quũ hospes essem, tectoq; egerẽ, vos me collegistis in domos vr̃as. Quũ nud⁹ essem operuistis me: quũ ęgrotarẽ, inuisistis me: quum essem in carcere, vos cõsolãdi gratia venistis ad me: impertistis mihi vestra qualiacũq;, ego vobis nũc vicissim cõmunico totum regnũ, quod mihi est cum patre cõmune. Hęc quũ audierint iusti, qui sic exercẽt opera pietatis, vt quodãmodo se fecisse nesciãt, respondebũt ei, dicẽtes: Domine, quãdo te vidimus esuriẽtẽ, & pauimus: quãdo sitientẽ, & dedimus potũ? Quãdo te vidimus hospitẽ, & collegim⁹ sub tectũ: aut quãdo nudũ teximus: quãdo visimus ęgrotũ: quãdo carcere clausum adiuimus? Tum rex palã confitebitur sibi vel le imputari, quicquid vnicuilibet fuerit impensum ex his, quos mundus quidem ob inopiam & humilitatem habuit despicatissimos: ipse tamen adeo non habuit pro contemptis, vt fraterni cognominis honore dignetur. Pro certo, inquiet, dico vobis, tametsi ego nullius egebã subsidio, qui dñs sum rerum omniũ, tñ

quãdiu ista mei respectu fecistis vnicuipiã ex huiusce minimis fratribus meis, mihi fecistis. Tum horribili vultu versus ad eos, qui stabunt ad læuã, sententiã pro feret formidabilẽ: Discedite à me, quibus mundus ap plausit, cæterum patri meo mihiq; execrabiles, ite in nunquã extinguẽdum incẽdium, quod paratum erat ab orbe cõdito diabolo & angelis eius, quibus adhæ rere maluistis q̃ mihi. Etenim quum esurirẽ, nõ dedi stis mihi cibũ: quũ sitirẽ, nõ dedistis mihi potum: va gus eram, ac tecto egẽs, nec collegistis me. Nudus erã, nec operuistis me: ægrotus eram, & in carcere, nec in uisistis me. Tum & hi totidẽ verbis respõdebunt iudi ci, quibus respõderãt iusti: Domine quãdo te vidimus esurientẽ, aut sitiẽtem, aut hospitẽ, aut nudũ, aut ægro tum, aut in carcere, & nõ ministrauim⁹ tibi? Tunc rex respõdebit & illis. Quicquid horum officiorũ nega tum est vnicuipiã ex hisce minimis iuxta mundũ, sed tamen fratribus meis, mihi negatum esse duco. In his egebam, in his refocillari volui. Hac prolata sentẽtia, à qua nulla est appellatio, ibunt q à sinistris sunt in ignẽ ęternum, iusti autem in vitam æternam.

CAP. XXVI.

QVVM itaq; Iesus finisset huiusmodi sermo nes, quibus tot modis cõfirmarat animos suo rum aduersus afflictiones imminẽtes, ne plane deiice rentur, quũ mox videret dominũ suũ rapi ad ignomi niosum

niosum supplicū, tandem palam ausus est illis aperire diem ac modum mortis suę, cuius mētionem inculcat animis discipulorum: ne quum eam viderent, velut ad rem prorsus inexpectatā sic expauescerent, vt penitus despōderent animum: pręsertim quum intelligerēt Iesum vltro venisse ad mortē, quā alioqui licuisset effugere. Neq; prius occidi potuisse, quā adesset ille dies, quē ipse suę morti pręfinierat. Is aūt erat dies paschę, qui magna religione celebrabatur apud Hebręos, anniuersariā memoriā sibi renouātes eius diei, quo quōdam apud Aegyptios agni sanguine postibus illito, liberati sunt ab angelo interfectore, & incolumes mare rubrum trāsierunt. In huius rei memoriā quotānis immolabant agnum anniculū immaculatū: eumq; ab angeli transitu, mariq; feliciter trāsito vocabāt phase. Cęterum hęc erat imago Iesu Christi, totum orbem à peccati tyrānide suo sacro sancto sanguine redēpturi: qui solus omniū à peccator[um] maculis fuit immunis. Huiusce rei discipulos submonēs Iesus, ait: Scitis post biduum immolādum esse pascha, atq; eo die filius hominis tradetur ad crucifigēdum. Quum igitur immineret dies ille sacer, ac lætus, cui celebrādo cōueniebat piis operibus pręparari, cōgregati sunt principes sacerdotū & seniores populi: quorū autoritate decuerat populi furorem cohiberi, si quis extitisset. Cōgregati sunt autē in atrium principis sacerdotū, qui dicebatur

Caiphas

Caiaphas. Nam hi potissimũ cõspirarũt in Iesum, ꝙ metuerẽt, ne si ille esset incolumis, sibi suꝰ periret quæstus & autoritas. Illic igitur impio cõsilio decretũ est, vt nõ palam ac vi, sed dolo Iesu manus iniicerẽt, & occiderẽt. Ergo quum de homicidio cõueniret inter male cõcordes proceres, cõsultatum est de tempore. Quã quã enim vehementer sitiebãt sanguinẽ innoxiũ, liuore, & odio rabidi, tamẽ visum est in alitid tempus differre cædẽ, quod immineret in proximo dies ille præcipue sacer ac festus Iudęis. Verebãtur enim, ne si illũ aggressi fuissent, eo die quo populus solet frequẽtissime conuenire, tumultus aliquis exoriretur, propterea ꝙ nõ pauci essent in populo, qui miraculis cõspectis, & audita doctrina mirabili, & animaduersa morum incredibili mãsuetudine, magnifice de illo sentirent. Metuebãt plebem, qui nõ metuebant deum, nec verebantur homicidio polluere diem festum, qui nõ ausi fuissent vesci panibus fermẽtatis. Hoc cõsiliũ illis satanas suggessit, cupiẽs occultare victimã illam, orbi salutem allaturã. Sed aliter visum est, cõsilio diuino. Neq; enim decuit eam hostiã furtim abiici, quã pater voluit: non pro Iudaicæ gentis tantũ, sed pro totius etiam mũdi salute immolari. Quum igitur Iesus esset in Bethania, vicinus Hierosolymis vbi erat crucifigendus, & accũberet in domo Simonis cuiusdã cognomẽto leprosi, adiit eum mulier quędã habẽs alabastrũ vnguẽti pręciosi,

closi, fractaq; alabastro, vnguētū effudit in caput eius. Discipuli quū viderēt rem tanti precii semel effusam, obmurmurāt indignātes. Sciebāt enim Iesum huiusmodi delitiis nequaq; vti solitum, & magis ex animo illius futurū fuisse, si mulier alabastrū integrā tradidisset, vt vnguenti diuenditi precio subleuarētur inopes: Quorsum, inquiūt, tā pretiosę rei iactura? Poterat eñi vendi magno, ac preciū dari pauperibus. Hęc discipuli nō intelligētes, quo cōsilio passus sit hoc Iesus. Neq; enim huiusmodi delitiis capiebat, sed hoc honore decorari voluit mortē suā, quā nulla necessitate, sed sponte pro totius mūdi salute passurus erat. Quum enim per omnē vitā humillime se gessert, mortē tamē qua deuicturus erat diabolū, aliqua magnificētia cohonestauit. Eoq; semel cum triumphali pompa vectus est Hierosolymam: & tum sepulturę suæ honorem velut anticipans, vnguento perfusus est: & mortuus, in sepulchro nouo, exciso lapide, recōdi voluit: & sindone mūda inuolui, & nobilis viri cura sepeliri. Solēt autem diuitum & honoratiorū cadauera vnguētis preciosis oblini, siue honoris gratia, siue quo tuerētur corp9 aduersus putrefactionē. Quoniā autē sciebat se prius reuicturū quā hoc honoris exhiberēt amici, ante mortē sepulturę pompā exhiberi passus est: videlicet vt multis modis mortis suæ mentionē suorū animis infigeret, & horrorē eius mitigaret honore. Quū igit̄ discipuli

puli rerum harum ignari, de sumptu murmurarēt, cohibuit eos Iesus, dicēs: Quur estis huic mulieri molestispium officiū mihi morituro præstitit. Nō decet vt hunc honorē vltimum mihi inuideatis. Pauperes vulgares semper habetis vobiscū, quibus licebit benefacere, me nō semper habebitis. Non periit hoc vnguētū, sed mulier hęc presagiēs me breui moriturū, preuenit officio sepulturā meam: & viuo infundit, quod mortuo solet infundi. Nolite itaq; hui⁹ obtrectare pietati: quę adeo grata est deo, vt posteaq̃ Euāgeliū mortis meæ prędicabitur per vniuersum mundū, simul & huius mulieris futura sit mētio, quę pio sanctoq; officio meā preuenerit sepulturā. Hęc oratio quū repressisset aliorū indignationē, qui simpliciter errabāt, ignari mysterii, tamē Iudā Ischariotē nequaq̃ placabat, qui falso prętexuerat curā pauperū, quum illi magis esset cordi lucrū. Nam is gestabat loculos, suffurari solitus nōnihil ex his, quę pauperibus distribuenda dabātur à munificis amicis Iesu. Hinc ille sibi paulatim censum augebat. Quum igitur esset totus addictus teterrimo auaricię morbo, quod sibi in vnguēto perisse credebat, id ex domini precio pēsare volēs, adiit principes sacerdotū ac magistratus, quos sciebat certis animis cōspirasse in necē Iesu: neq; quicq̃ esse in mora, nisi vt sine tumultu caperetur. Ad id efficiendū nemo magis idoneus, q̃ aliquis ex eorum numero, qui proxime

xime familiaritate domino iūgebātur, quos non falle bat quò se solitus eēt cōferre Iesus. Habebat enī seces sus suos ad precādū. Et inuētus est in illo selectissimo choro duodecim, quos sibi Christus omniū primos asciuerat: cui charius esset impiū lucrū, quā dominus tam mitis ac beneficus. Tanta pestis est auaricia, si cu ius animū penit⁹ occuparit. Voluit autē Iesus hac ima gine significare futuros, qui sermonē euāgelicū prode rent, studio pecunię corrupti: & hoc facinus maxime profecturū ab his, qui quū sint ecclesiasticę religionis proceres, cōscii videtur arcanorū dñi sui: cui sicsunt fa miliares, vt eius doctrinā perperā interpretando pro dant impiis ac prophanis magistratib⁹, nihil aliud ca ptātibus quā exitiū euangelicę veritatis. Aditis igitur magistratib⁹ dixit: Quid dabitis mihi mercedis, si vo bis eum in manus tradidero? Atq; illi pacti sunt cum eo, triginta denariis. Tantula mercede ad facin⁹ imma nissimū conduci poterat, tamq; vili ęstimatus est pre ciosus ille sanguis, qui sufficiebat vniuerso mortaliū generi redimēdo. Auidus igitur & inhians promissæ pecuniæ Iudas, statim ex eo tēpore captabat oportu nitatē prodēdi Iesum. Quū igitur adesset prim⁹ dies ē septē, quibus solēne erat Iudęis abstinere à pane fer mentato, etiā post esum agni paschalis, adeunt Iesum discipuli, dicētes: Domine, quo loco vis paremus tibi conuiuiū ad celebrādum pascha? Tanta erat inopia vt nec

nec ipse, nec discipuli domicilium haberent propriũ quo se reciperent. At Iesus vt ostenderet totũ negociũ esse mysticum, nec causa geri, nec necessitate, sed omnia ex præscientia cõsilio'q; diuino, Respõdit illis: Ite in ciuitatem, ac mox ingressis/occurret homo quidã baiulans hydriam aquę, eum sequemini: & quocunq; fuerit ĩgressus, ingrediemini, dicetis'q; patrifamilias: Magister dicit: Tempus meum instat, apud te celebro pascha cum discipulis meis. Is vobis ostendet cœnaculum ingens & adornatum: ibi parate pascha. Abierunt discipuli, & compererunt omnia, quæ præ dixerat illis Iesus: ac loco quo iusserat, apparârunt illi conuiuium. Sub vesperam autem eo se contulit Iesus, & cœnaturus accubuit cum duodecim discipulis suis. Iamq; cœnantibus illis, ait Iesus: Vnus vestrum me proditurus est. Hoc dixit, vt declararet se nihil omnino latere, simul'q; vt tacta consciẽtia proditoris resipisceret ad pœnitentiã. Hoc audito sermone, mœror ingẽs cœpit animos omniũ. Sibi quis'q; suspectus erat, ac diffidebat, conscius imbecillitatis humanæ. Cupiẽtes igitur hac mœstitudine liberari, rogare cœperunt singuli: Num ego sum dñe? Tum Iesus vt cæteros mœrore propemodũ exanimatos, aliquo pacto cõfirmaret, acrius'q; feriret Iudæ consciẽtiam, si forte posset ad pœnitudinem cõmoueri, signo certiore designauit autorem eius facinoris: simul'q; commonefecit ar

ctissi

ctissimæ familiaritatis, quæ debuerat illum à tam vesano scelere reuocare. Qui manũ, inquit, intinxit mecum in catino, & nõ mensæ solum, sed & catini sodalis est, hic est me proditurus, proq́ familiaritatis officio, plusquã hostilia redditurus, quũ panis & salis cõmunio soleat etiam ignotos amicitiæ fœdere iũgere. Atq́ hæc quidem vt acciderẽt filio hominis, sic olim erat præfinitũ à patre, sic prædictũ à prophetis. Sed tamẽ væ homini illi, cuiꝰ scelere filius hominis proditur. Abutitur quidẽ illius impietate sapiẽtia diuina ad salutẽ humani generis: sed nõ ideo minus nocẽs ille, qui sua malicia ad hoc facinus ꝑductus est, quũ à me nihil sit omissum, quod illiꝰ animo mederi potuisset. Itaq́ manet illũ pro facto tam impio, pœna crudelissima: nisi resipiscat, vt præstiterit illi nõ om̃ino fuisse natũ. Hac oratione quæ vel pudore sanare poterat improbũ, vel pœna deterrere impiũ, adeo non est correctus Iudas, vt impudẽtiam etiã addẽs sceleri, quasi nullius mali sibi cõscius, rogauerit dñm: Num ego sum is Rabbi? Nec hic suæ lenitatis oblitꝰ Iesus respõdit: Tu dixisti. Indicãs eum esse magis quàm explicãs: ac suspicionẽ simulat, dissimulãs scientiã. In hac igitᷣ extrema cœna quã iesus egit cũ discipulis suis ante mortẽ suã, instituit sacro sanctũ illud symbolũ mortis suę: vt subinde renouatũ inter eos esset ꝑpetuũ monumẽtum immẽsæ charitatis ipsius, qua non dubitauit vitã

tam suam impēdere redimendo mortaliū generi, ne quādo posset elabi ex animinis nostris diuini illius sacrificii memoria, qua purissimus agnus nouū ac verū pascha, semetipsum immolauit in ara nobis deo patri, quem suo sanguine nobis ex irato propiciū reddidit, pro nostris cōmissis ipse depēdens pœnas, quæ nr̄is sceleribus debebātur. Hoc autē symbolū arcanū duabus rebus cōsecrauit, quib⁹ inter homines olim solet amicitia cōciliari: vt ea charitas, qua Christus seipsm impendit suis, nos quoq; copularet: qui frequēter & ipsi ex eodem pane comedim⁹, deq; eodē poculo bibimus. Simulq; spirituali quadam imagine referēs ritus Mosaicæ legis, iuxta quam nulla fiebat expiatio à peccatis, nisi per sanguinem hostiæ: præterea significans sese nouū fœdus Euāgelicæ professionis, huiusmodi mysterio consecrare. Moses eñ quum recitasset volumen, quo cōtinebātur pcepta legalia: populusq; respondisset: Omnia quæ loquutus est dñs, faciem⁹: & erimus obediētes, ex victimis quas mactarat, parte sanguinis cratere hausta, aspersit populū, dicens: Hic est sanguinis fœderis, quod pepegit dñs vobiscum super omnib⁹ sermonib⁹ his. Atq; hæc quidē oīa figuris quibusdam & vmbris designarāt, hāc sacro sanctam hostiā, qua dñs Iesus suū corpus sponte tradens in mortem, & sanguinē suū effundēs expiaturus erat totius mūdi peccata. Cūctos homines gratuito recō-

ci-

ciliaus deo, quicunq; fœdus hoc noui testamēti pro/
fiterentur. Eam victimam hoc fœdus signis quibusdā
mysticis cōmendari voluit animis suorum discipulo
rum, antequàm immolaretur: vt intelligerent suam
mortē, non esse vulgarem, nec ociosam: sed efficacem
victimam, ad expianda peccata, non solum Iudæorū,
sed omniū gentium ac sæculorū. Cæterum quoniam
mors Christi non erat iteranda, ne quando tantū be
neficium elabi posset ex animis hominū, neue sacro/
sancti fœderis semel initi/ cum salutis suæ autore pos/
sent obliuisci, instituit, vt crebra cōmunione sacri pa
nis, & calicis memoria renouaretur inter Euangelicæ
legis professores. Atq; hoc signum inter suos milites
sacrosanctū esse voluit, adeoq; venerandū, vt quemad
modum multū diuinæ gratiæ adderetur iis, qui pure
digneq; sumerent corpus & sanguinem domini: ita
qui sumerent indigne sibi grauem damnationē accer
serent. Accepit igitur Iesus panē in manꝰ suas, cumq;
deo laudis sacrificiū obtulisset, fregit ac distribuit di
scipulis suis, dicēs: Accipite comedite, hoc est corpus
meum. Deinde accepit & poculū in manus: cumq;
gratias egisset patri, præbibit ac porrexit illis, dicens:
Bibite ex hoc poculo omnes. Hic est enim sanguis
meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorū. Hoc quotiescūq; facietis, faci
te/in memoriā mei. Quoties enim edetis ex hoc pa/
AA ne,

ne, & ex hoc poculo bibetis, mortem domini an-
nũciabitis donec adueniat, nõ iam seruator, sed iudex.
Interim non erit expectanda alia hostia pro peccatis.
Quãdoquidem hæc vna sufficit pro abolendis pec-
catis totius mũdi. Dico autem vobis, non edam post
hac ex hoc pane donec edero vobiscum completũ in
regno patris mei: nec amplius bibam ex hoc fructu
vitis, donec bibero vobiscum nouũ in regno patris
mei. Nec Iudam proditorem ab hoc sacro symbolo
semouit clementissimus domin⁹, vt hac tanta lenitate
corrigeretur. Sed quoniam ille fœderis signum acce-
pit, quũ proditionem haberet in animo, discessit im-
purior quàm venerat. Cumq; cecinissent hymnũ in
laudem dei, surrexerũt & abierũt in montem oliueti,
quem locum sciebat esse notissimũ proditori, ne vide
retur latitare velle, veluti mortis metuens: sed vltro se
subducit in locũ solitarium, vt qđ illi captabãt absq;
populi tumultu capi posset. Ibi rursus prædicit disci-
pulis fore, vt mox grauiter turbarentur, viso dñi sup
plicio: sed ne penitus abiiciant animũ, consolatur eos
prophetia, & mox futura resurrectione, simul tẽpus,
locũq; vicinum designans, vbi rursus ipsum essent cõ
specturi: Omnes, inquit, vos turbabimini hac nocte
mea causa, sic enim de⁹ pater prædixit per os Zacha-
riæ ꝓphetæ: Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gre
gis. Sed nõ est qđ desperetis, mors aĩos vr̃os cõturba
bit,

bit, sed mox cõsolabitur resurrectio. Resurgã enĩ tertio die, & vbi resurrexero, præcedã vos in Galilæã. Ibi me vobis cõspiciendũ offerã. In hãc pturbationẽ Iesus passus est omẽs suos incidere, quo factis ipsis doceret eos, quãta sit imbecillitas humanę naturę, quàm sit stultũ hoiem sibi fidere, quo sui facto periculo, discerent & aliorũ infirmitatẽ sublenare. Petrus itaq; nõ satis sibi notus, fortitudine quadã humana ac tẽporaria, negat futurũ, qđ Christus ex ꝓphetia futurũ prædixerat, qđ ꝙ maioris erat temeritatis, vnũ se cæteris omĩb⁹ anteponit: Et si omẽs, inquit, perturbati fuerint tua causa, ego tamẽ nõ pturbabor. Ad quẽ Iesus: Quid ais Petre, tu solus omniũ nõ pturbaberis? Imò illud ꝑ certo dico tibi, priusquã gallus hac nocte bis cãtet, ter me abnegabis. Ac ne sic quidẽ Petrus agnoscens imbecillitatẽ suã, pertinaciter respõdit: Etiamsi mihi tecũ moriendũ fuerit, non te abnegabo. At Petri temeritatẽ imitati sunt & reliqui apostoli, Christũ & ipsi abnegaturi, si similis illos arctasset necessitas q̃ Petrũ. Tum Iesus sciens instare tẽpus quo ventura esset tẽpestas sũpma, abduxit discipulos suos vndecim (nam Iudas exierat à cœna) in villã quæ dicit᷑ Gethsemani. Hic iussit octo subsidere, qui tamẽ ægre diuellebantur à magistro, quẽ amabant vehementer quidẽ, sed tamẽ affectu adhuc humano: Commoremini, inquit, hoc loco, donec secedam in locũ solitũ & orẽ illic.

lic. Nō ausus est enim hos velut imbecilliores agonis sui testes facere, ne deficerent animis, sed tres duntaxat secum assumit. Petrū ac duos filios Zebedæi, vt quos in monte spectatores adhibuerat suæ maiestatis, nunc testes haberet extremæ ībecillitatis humanæ: simulq́ꝫ doceret, vt quoties ingruit huiusmodi malorum tem pestas atrocior, quàm vt humanæ vires ferre possint, prorsus diffisi nobis, totos nos diuino præsidio com mittamus. Est autem mortis horror, si quando corri puit hominē, vel ipsa morte acerbior. Hic igitur tum cœpit inuadere Iesum. sensitq́ꝫ mirū animi dolorem ac mœrorem. Nec enim animi cruciatum obscurum esse voluit suis amicis selectis, quò plane viderent illū esse vere hominem, corporis pariter atq́ꝫ animi affe/ ctionib9 obnoxiū: Mœsta, inquit, est anima mea vsq́ꝫ ad mortem. Subsistite hic & vigilate mecum, tempus enim hoc non somniū postulat, sed vigilantē & intē tam deprecationē. Progressus igitur pusillum Iesus, à tribus discipulis, prono capite, faciē deflexit in ter ram, atq́ꝫ ita prostratus/patrem deprecatus est, dicēs: Pater mi, si fieri potest, transfer hoc mortis poculū à me, nam sentio corporis affectum vehemēter abhor rentem à morte. Veruntamen fiat, non quod ego vo lo, iuxta corporis imbecillitatē, sed quod tu vis, ad sa lutem humani generis. Hæc precatus rediit ad disci/ pulos suos, ac repperit eos dormientes, dicitq́ꝫ Petro: Sicci/

Siccine, qui modo iactabas te moriturum mecũ, non potuisti vel vnam horam vigilare mecum? Ego pro vobis vigilo, & oro. Vos vna mecum vigilate, & orate patrem, ne incidatis in tentationem, & superemini. Non nisi vigilantibus contingit victoria. Spiritus quidem prõptus est, sed caro est infirma. Hæc igitur ne spiritum obruat, vigilandum est, & spiritus auxilio diuino fulciendus. Sic excitatis suis, rursus abiit Iesus, atq; iterum totidem verbis orauit patrẽ, Pater mi, si fieri nõ potest, vt poculum hoc transeat à me, nisi bibero ex eo, fiat voluntas tua. Deinde denuo reuersus est ad discipulos suos, ac rursus eos repperit dormientes. Erant enim oculi eorum vehementer grauati mœrore conduplicante somnolentiam. Itaq; relictis illis, tertio abiit, solus oraturus pro suis, quãdoquidẽ illos carnis imbecillitas obruebat. Ac tertio precatus est eũdẽ sermonẽ, quo nos doceret ptinaciter ac vehemẽter orandũ, quoties imminet procella tẽtationis: tum enim adsunt angeli, & robur addũt spiritui. Mox redijt ad discipulos, exprobrauit illis intẽpestiuam somnolentiam, quũ tẽpus summã exigeret vigilantiam. Iam enim adest tẽpestas quæ vos imparatos, & ideo impares reperiet: Iam, inquit, dormite & quiescite. En adest hora qua fili9 hoĩs innocẽs tradetur in man9 impiorũ. Surgite igitur, eam9 obuiã veniẽti malo. Ecce in proximo est, qui me prodit. Nõdũ finierat hũc ser

monem Iesus, & ecce Iudas Iscariotes vnus e numero duodecim, venit, dudũ Iesum ducẽ sequẽs, nunc fact⁹ sceleratę turmę dux scelerator. Sequebatur enim illum ingẽs turba satellitũ cũ gladiis & fustib⁹: quos in hoc miserant principes sacerdotum, ac seniores populi, vt absq; tumultu populi caperetur Iesus. Quãquã enim decreuerãt facinus hoc in aliud tẽpus proferre, tamen oblata proditoris opportunitate, mutauere sententiã. Eoq; Iudas & noctẽ delegerat, & locũ in quo solitus erat cũ paucis orare. Denique ne vel in persona errarẽt, proditor docuerat illos, quo signo Iesum agnoscerẽt: Cuicũq;, inquit, dedero osculũ, ille est, inicite illi manus. Præcessit igitur Iudas Iscariotes, ac veluti salutandi causa adiit Iesum, dicens: Aue rabbi, simulq; dedit osculũ, quod olim honoris & officii gratia fieri cõsue uit à salutãtibus. Iesus autẽ quo perfectũ vbiq; mãsue tudinis exẽplar preberet suis, nec impiũ discipulũ ab osculo repulit, nec exprobrauit illi suã vesaniã: sed blã do dicto tetigit illius cõscientiã, dicẽs: Amice, cuius rei gratia venisti? Sic enim accesserat cũ osculo, quasi nouæ rei quippiã dicturus. Ad hoc signum accurrit turba, & manus iniecerunt in Iesum, ac tenuerunt eum. Ad hunc tumultum vehementer commoti sunt discipulorum animi, quos ideo Iesus passus est in hũc affectum prolabi, vt omnem vlciscendi/defendendiq; sui cupiditatẽ penitus ex animis eorum reuelleret. Ac Petrus

trus quidē, vel quia cæteris vbiq; feruentior vel quia magnifica quędam de se pollicitus fuerat ne domino suo deesse videretur, educto gladio percussit Malchū seruū Caiaphę, & amputauit auriculam eius dextram, sic ictū moderāte Iesu, vt & leue vulnꝰ esset, & id quic quid erat/mox sarserit, restituta auricula. Cęterum Pe trus, pio quodā erga dominū amore errauerat, & hūc errorem propemodum ex verbis Iesu non intellectis/ hauserat: Iusserat enim eos diuēdita tunica, emere gla- dios: quũq; respondissent adesse gladios duos, aiebat, sufficit. At illi putantes illum de ferreo gladio loqui, quum Iesus de gladio spirituali sentiret, à cœna gla- dios secum extulerāt, defensuri dominum suum, si res ita tulisset, aut si ille iussisset. Vt igitur hunc affectum penitus reuelleret ex animis omnium discipulorum, acriter obiurgauit Petrum: Repone, inquit, gladiū in locum suum: qui gladio rem gerunt, gladio pereunt, vltionis talione reciprocante in caput ipsorum. Nobis non est opus isthac defensione, qui tolerando melius vincimus, quā occidendo. Alioqui an mihi putas de- futura præsidia si placeret ista defensio? An non pos- sem rogare patrem meum, & is mihi pro duodecim discipulis, mitteret mihi auxilio duodecim legiones angelorum? Sed ita visum est patri, ita prædictum est à prophetis. Neq; quicquam horum casu fortuitoue geritur. Tum Iesus cōuersus ad turbam dixit: Nūc ar-

mati gladiis & fustibus prodiistis, ad cõprehẽdẽdum me. Atqui quum quotidie sederem apud vos in tẽplo docens, & sanans ęgrotos, non mihi iniiciebatis manus. Nunc nocte intẽpesta, silentem quęritis in secessu. Sed hæc omnia fiunt non vestra violentia, sed dispẽsatione consilii diuini, de quo iam olim vaticinatæ sunt scripturæ prophetarum. Hoc audito discipuli, vidẽtes nullam esse spem, Iesu sese offerente ad necem, deserto domino fugerũt. Illi vero nec cõmemoratione doctrinæ, beneficentięq́ Iesu deliniti, captũ abduxerunt ad domum Caiaphę principis sacerdotum, quò scribę & seniores conuenerant. Petrus autem solus, nam cæteri discipuli metu territi, alius alio fugerãt: tametsi nõ successerat pugna, tamẽ non poterat omnino abiicere curam domini, quem vehementer amabat: nec rursus audebat adesse, sequitur tamen vtcũq; procul, ac tãdem per tenebras ingressus est ignotus in atrium Caiaphæ. Tandem ingressus intro, sedebat admixtus ministris ad prunas calefaciens se, vt quando non poterat defendere Iesum, saltem videret quis esset exitus iudicii. Siquidẽ adhuc nonnulla spes alebat animũ Petri. Porrò principes sacerdotum, totiũq; concilium, quò speciem aliquam legitimi iudicii prętexerent, subornare studebant falsos testes aduersus Iesum, cuius tãta erat innocentia, vt hoc quoq; difficile fuerit sic de illo mentiri, vt aliquam veri faciem haberet mẽdacium. Quumq; multi

multi prodiissent falsi testes, sed quorũ ipsa se testimo nia refellerent, adeo male composita vt nec apud illos iudices, & apud talem coronam haberẽtur idonea: tan dem prodeũt duo falsi testes, qui dixerunt, Hic dixit, possum destruere templum dei, & post triduũ instau rare illud. Huius mendacii occasionem sumpserant ex verbis Christi, qui dixerat: Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illud: Nimirum significãs se quidem ab illis occidendum, sed intra triduum reuicturũ. Ea verba non intellecta, deprauabãt etiam testes, quò res esset odiosior. Non enim dixit possum destruere, sed soluite vos: nec dixerat reędificabo sed suscitabo, allu dens ad corpus exanimãdum, & reuicturum. Hoc igi tur testimonium quoniam aliquid põderis habere vi debatur, nec reperiebatur aliud magis idoneum: surre xit princeps sacerdotum, & iudicis æqui simulãs ima ginem, quasi Iesu facturus potestatem defendendi sui, dixit: Nihil respondes ad hæc testimonia, quæ ferun tur aduersus te? Iesus autem obticuit, sciens quicquid dicturus esset, rapiendum in calumniam. Tum prin ceps sacerdotum cupiens extorquere nonnihil vnde condemnaretur Iesus: Iam enim illius vesaniæ longa erat omnis mora, ait illi: Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis, an tu sis Christ⁹ filius dei. Erat hoc in sidiosum problema pontificis impii. Si negasset se fi lium dei, exclamasset, quur igitur tibi sumis quod nõ es?

es? Si affirmasset, calumniaturus erat blasphemiam. Si obticuisset adiuratus, visus fuisset contēnere deum, & autoritatem summi sacerdotis. Qualis autem erat qui adiurabat? Scelestus pontifex, qui honorem annuum pecunia mercatus fuerat ab Herode: & per deum adiurat, qui dei filium oppugnabat. Iesus tamen veluti deferens honori quem gerebat, rogatus an esset Christus filius dei, respōdit: Tu dixisti. Sic cōfitens esse se quod erat, vt tamen vitarit arrogantiæ notam. Et adiecit, qđ impium pontificem ab instituto facinore debuerat reuocare: Attamen, inquiens, illud dico vobis, posthac videbitis filium hominis assidentem dextrum virtuti dei, cumq; maiestate venientē in nubibus cœli. Subindicabat se tamen humilem, & ab impiis condēnatū, olim venturum cum potestate diuina, iudicem totius mundi. Hoc sermone magis etiam irritatus princeps sacerdotum, quò ficto religionis studio, Christi crimē faceret atrocius, discidit vestimenta sua, & ait: Locutus est blasphemiā. Vsurpat sibi diuinos honores, quum sit homo. Quid preterea testibus opus est? Ecce nunc audistis blasphemiā manifestariam: Quid vobis videtur? Illi responderunt: Commeruit mortem. Tunc velut in iure damnatū sæuire cœperūt ludibriis, quorum nihil non mansuetissime passus est Iesus, vt absolutum exemplū tolerantiæ suis exhiberet. Expuebant in faciem eius, & velata facie eius, impingebant illi colaphos:

laphos: Rursus alii palmas incutiebant in faciem eius dicentes, vaticinare nobis Christe, quis est, qui te per cussit. His cōtumeliis exprobrabant ei, ꝙ Messyas ha beri voluisset, quod prophetæ titulo fuisset à populo honorat?. Interea Petrus sedebat foris in atrio, procul contemplans triste spectaculum, & operiens exitū rei: nec audens accedere propius, ne à ministris agnoscere tur. Et adiit eum ancilla quępiā, noscitans illum, & ait: Tu quoq; fuisti assectator istius Galilęi. Hic Petrus ad ancillæ vocem exanimatus, & oblitus illius magnificę vocis, qua dixerat Christo: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo: coram omnibus abnegauit do minum suum, dicens: Nescio quid dicas. Et continuo gallus cantauit. Quum autem parat exire, in ipsis fo ribus vidit illum altera ancilla, quæ prodens illum mi nistris astantibus, ait: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et rursus abnegauit, adiurās se non nouisse hominē. Ac paulo post quidam ex his qui astabant agnoscen tes Petrum, dicebant: profecto & tu ex hoc numero es. Siquidem non facies solum, sed & sermo tuus te prodit, ꝙ Galilæus sis. Tunc magis etiam expauefa ctus Petrus, cœpit non solum abiurare Iesum, sed & execrationibus deuouere seipsum, si nouisset homi nem. Et continuo gallus iterum cantauit. Post hæc in tuitus est illum Iesus, & oculis illi loquens admonuit. Tunc demum Petrus ad se reuersus, recordatus est quod

quod ipsi prædixerat Iesus, iactanti fortitudinem suam, priusquã gallus bis cantet, ter me negabis. Quoniam autem expauefactus metu peccarat imbecillitate humana, nõ destinata malicia, meruit misericordiam, passus est hoc Christ9 in suo apostolo selecto, ne quis, quãuis grauiter lapsus desperaret de venia, modo resipiscat, & animi maculã lachrymis abluat. Petrus enim qui sibi velut exciderat, ad intuitũ Iesu statim resipuit. Et egressus foras, fleuit amare.

CAP. XXVII.

HIS igitur impiis ac crudelib9 factis ea nox per uigilata est religionis antistibus. Porrò cum appeteret dies, rursus inierunt consilium principes sacerdotũ, & seniores populi aduersus Iesum vt eum morti traderent. Vinctum itaq; tradiderunt Pontio Pilato pręsidi, vt in damnatum animaduerteret. Hic Iudas qui prodiderat eum, videns, ꝙ iam damnatus esset, & ad extrema pertenderent: actus pœnitentia, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & seniorib9 populi, dicens: Peccaui, qui prodiderim sanguinem innoxium. Huius certe confessio debuerat commouere principum animos. Fatetur auariciæ morbo factum, & innocentem fatetur, quem prodidit. At illi prorsus efferati, nec aliud quã innoxium sanguinem sitientes, responderunt: Quid nostra refert, an nocentem prodideris, an innocentem, tu videris. Iudas iam lucri pœnitẽs,

nitens, cupiebat pacta rescindere: sed illorum crudelitas, nullo modo potuit mitescere. Iudas igitur abiectis ad pedes illorum argenteis, recessit: & impium scelus grauiore scelere cumulauit. Agnouit magnitudinem sceleris sui, sed non agnouit magnitudinem misericordię diuine. Fleuit Petrus amare, & misericordiam consecutus est. Fleuit & Iudas, sed abiecto magis animo, quã conuerso: & ideo digressus, suspendit se laqueo, & crepuit medius, & effusa sunt viscera eius. Hinc rursus consultatio inter principes sacerdotum, qui quo notior esset omnib⁹ ipsorum immanitas, nihil absq̧ cõmuni concilio peragebant. Deliberant in quem vsum essent collocandi triginta argentei, quos Iudas ad pedes illorum abiecerat. Et prępostere religiosi, quum illis nulla esset religio occidere innoxiũ, & sic de ipsis meritum: Non est phas, inquiunt, pecuniam hanc referre in corbonam, hoc est, in donaria templi, quibus multum religionis tribui volebãt. Est enim precium sanguinis. Non oportet autem templi sanctimoniam sanguine pollui. Atq̧ interim produnt sceleratam conscientiam suam, confitentes innoxium, cuius proditionem emerant. Itáq̧ ne non esset scelus omnium commune, coacto cõcilio, mercati sunt ea pecunia agrum figuli cuiusdam, videlicet in pios vsus, vt illic sepelirẽtur peregrini, veluti scelus quod erat in manibus hoc officio pensaturi. Et tamen hac via pessime consuluerunt

runt suæ famę. Nec em̃ alio pacto poterant magis tra ducere suã impietatẽ. Siquidẽ res adeo venit in fabulã vulgi, vt hodie quoq; ager ille Syris dicatur Acheldema, hoc est, ager sanguinis. Nec hoc fortuito factum est, Siquidẽ hoc fore prædixerat Hieremias: Et acceperũt triginta argenteos preciũ appreciati q̃d appreciauerũt à filiis Israel, & dederũt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Quũ igitur Iesus staret ante præsidẽ, veluti reus, instanter accusabant eum de multis, silentes interim de blasphemia, de religione tẽpli violata, deq; aduentu filii hominis, quib9 reb9 sciebant Pilatum alienũ ab huiusmodi superstitione leuiter cõmouendũ esse, ingerunt alia ficta crimina, quæ præsidis animum in Iesum possent accendere: Hunc, inquiunt, comprehendimus subuertẽtem gentem nostram, prohibẽtem tributa dari Cæsari, & dicẽtem se Christũ regẽ esse. Pilatus audita mentione regis, quoniam hoc ad Cæsarem pertinere videbatur, rogauit Iesum: Tu ne es rex Iudæorũ? Iesus, ne nihil respondendo superbus videretur, ait: Tu dicis. Nõ omnino negans se regem, sed tamẽ addens regnũ suũ spiritua le esse, nõ mũdanum: vt hoc nihil ad Cęsarem, aut Herodem pertineret. Rursum quũ instarent accusatores, Pilatus cupiẽs ex ipso elicere quo liberaretur: Nõ audis, inquit, quàm atrocia crimina impingunt isti? Iesus autem ad hæc nihil omnino respõdit, ita vt vehe

mẽter

menter admiraretur præses hominẽ innoxiũ, in peri culo capitis tanta mãsuetudine obticescere. Pilatus ex ipso vultu habituq́; Iesu perspiciẽs illum procul abesse à suspicione affectati regni, ait ad principes sacerdotum, & horũ comites: Nõ reperio quicquã noxiæ capitalis in hoc homine. At illi tãto magis inualescebãt, dicẽtes: Seditiosus est, cõmouit populũ doctrina sua, obambulãs per vniuersam Iudæã, exorsus à Galilæa, ad hũc vsq; locũ. Pilatus intelligens innoxiũ esse Iesum, sed sacerdotes & scribas inuidia stimulatos, moliri qđ moliebãtur, ideoq́; captans occasionẽ absoluẽdi Iesum, aut certe à suo tribunali ablegãdi, quũ audisset nomẽ Galilææ, rogabat cuias esset Iesus, cũq; cognouisset qđ esset oriũdus ex ea pte Galilææ, cui imperabat Herodes, remisit eũ ad Herodẽ, qui tũ forte Hierosolymis erat. Herodes aũt cõspecto Iesu, vehemẽter gauisus est, multũ enĩ tẽporis erat, qđ tenebat̃ cupiditate vidẽdi Iesu, ꝓpterea qđ fama ꝓdigiosa quædã de illo sparserat. Itaq́; sperabat fore, vt apud se quoq́; miraculũ aliqđ æderet: Quũq; multis de reb⁹ percõtaretur illũ Herodes, Iesus nihil respõdit, qui nõ in hoc venerat, vt principũ curiositatẽ delectaret, sed vt hominum saluti cõsuleret. Quũq; & apud hũc multis nominib⁹ accusaretur, neq; quicq̃ respõderet, spreuit eũ Herodes cũ sua cohorte. Ac ludibrii causa veste alba indutũ, remisit ad Pilatũ. Atq; hac occasione facti sũt

amici

amici Pilatus & Herodes, quũ antea dissidium fuisset inter eos. Pilatus itaq; conuocatis principib⁹ sacerdotum, magistratib⁹ ac plæbe, testatus est se nihil cōperisse in Iesu criminũ, quæ illi multa obiiciebant, quin & Herodem velut insontē dimisisse, nō facturũ, si cui capitali crimini iudicasset obnoxiũ. Vt autem placaret inuidiam Iudæorũ: emendatũ, inquit, illũ dimittã. Quumq; nihil his verbis proficeretur, quærit aliam ansam liberandi Iesum. Mos erat apud Iudæos, vt in die festo religionis gratia, præses dimitteret eis vnum aliquē ex iis, qui seruabantur in vinculis. Habebat autem tum in vinculis insignē quēdam ac famosum latronem, cui nomē Barrabas, quod nomē sciebat inuisum populo. Cōnocatis igitur ad se Iudæis, rogabat: Vtrũ vellent sibi condonari, Barrabam, an Iesum, sperans fore, vt præ tam infami, notæq; violentiæ latrone, mallent absolui Iesum. At iterũ sedente pro tribunali preside, mittit ad eum vxor, qui diceret illi suo nomine, ne se cōtaminaret sanguine hominis innoxii, se enim visis horribilibus, ea nocte fuisse iesu causa vexatam. Nec hoc temere accidit, sed dispensatione diuina, ne quis esset vnde nō haberet testimoniũ innocentiæ suæ Iesus. Illud enim magnopere referebat, vt constaret omnib⁹, mortē eam nobis redimendis fuisse gratis impēsam. Quumq; populus nutaret, vtrũ mallent sibi donari, suasu sacerdotũ & seniorũ factum est, vt

sibi

sibi poscerent Barrabam, & huius loco Iesus occideretur. Tale est iudiciũ, & hæc est gratitudo populi: hæc est simulata sacerdotum, ac maiorum religio. Religio erat illis ingredi prætorium Pilati, quò puri comederent agnũ paschalem, & religio non erat innoxiũ, tot virtutibus ac beneficiis spectatũ, tanta vesania ad mortem adigere. Pilatus itaq; rursum proposuit, vtrũ vellent dimitti, Barrabã an Iesum: Illi acclamabant, Barrabam. Rursum Pilatus: quid igitur faciã de Iesu, qui dicitur Christus? Sperans fore, vt mitiore quapiã pœna forent contenti. At illi magno vocum cõsensu acclamarunt, crucifigatur. Erat hoc supplicii genus vt atrox, ita cum primis infame. Rursum Pilatus: Crucifigam innoxiũ? Quid cõmeruit? Nihil in eo cõperio dignũ supplicio capitis. Castigatũ itaq; dimittã illũ. His verbis magis etiam accendebatur insania populi vociferantis: Tolle tolle crucifige hominẽ. Pilatus animaduertẽs q̃d tẽtatis omñib9 nihil pficeret, sed maior excitaretur populi tumultus, pri9 absoluit Iesum, quàm damnaret. Siquidem præsente populo sumpta aqua lauit manus suas, dicens: Innoxius ego sum à sanguine iusti huius, vos estis mortis autores nõ ego, in vestrum caput recidet vltio sanguinis innoxii. Nec hac voce deterriti sunt infœlices Iudæi, sed simul vniuersus populus exclamauit. Veniat sanguis eius super nos, & super filios nostros. Sibi ac posteris suis imprecati

cati sunt exitiū. Sed Christus clemētior in illos, quàm essent in sese neminem reppulit à venia, modo resipisceret. Cōplures enim post adorauerūt crucem Christi, qui tūc in turba clamauerūt: Tolle tolle crucifige. Pilatus itaq; victus illorū pertinaci vesania, cōdonauit illis Barrabam, autorē seditionis & homicidā, & omnium iudicio damnatū, etiam ante Iudiciū. Iesum autem ex more Romano flagris cæsum, tradidit, vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis, quum accepissent Iesum in prætorio, cōgregauerūt ad eum vniuersam cohortem, vt ex innoxii ludibriis crudelissimam caperent voluptatem partim ingenio suo obsequentes, partim à Iudæis instigati. Quoniam autem audierūt quod se regem faceret Iudæorū, velut exprobraturi homini tam contēpto, superbiam affectati regni, spoliatum vestibus suis, induunt ei chlamydem coccineam, videlicet pallium regale. Deinde diadematis loco, coronam imponunt capiti è spinis cōtextam. Sceptri loco, arūdinem dant illi in dextram. Iamq; veluti consalutātes nouū regem flexis genibus coram eo, illudebant dicentes. Aue rex Iudæorū. Nec his contenti contumeliis, expuerūt in eum: & arūdine, quam sceptri vice dederāt, percutiūt spinis coronatū caput eius. Quūq; nihil cōtumeliæ omitterēt, ille summa mãsuetudine passus est oīa quo suis ædaret absolutū exēplar tolerātiæ. Posteaquàm igit̃ milites, oīu ludibriorum

rum genere satiassent animos & oculos cohortis, rur sus detrahũt illi chlamydẽ, & induerũt eum vestimen tis ꝓpriis, quo magis agnosceretur ab omĩbus. Edu cũt igit̃ Iesum è prætorio baiulantẽ crucẽ suã. Atq; inter eundũ repererũt Simonẽ quendã Cyrenæum, quẽ cõpulerũt baiulare crucẽ Iesu, & venerũt in locũ vbi crucifigẽdus erat, qui Syris dicit̃ Golgotha.i.Cal uariç locus, qđ funestus esset ossib9 & caluariis inter fectorũ. Hic ne qua pars esset corporis à cruciatu li bera, aut ne quid omitteret̃ ludibrii, porrexerũt illi poculũ ad bibendũ, aceto ac felle tẽperatũ, vt implere tur, qđ scriptũ est in vaticinio: Dederũt in escam meã fel, & in siti potauerũt me aceto. Vbi verò gustasset ie sus, noluit bibere. Cęterũ posteaquã crucifixissent eũ, partiti sunt inter se vestimẽta Iesu. Cæterũ pro tuni ca, q̃ sic erat cõtexta, vt dissui nõ posset, sortiti sunt: vt ꝑficeretur qđ dixerat ꝓphetia: Diuiserũt sibi vestimẽ ta mea, & super vestẽ meã miserũt sortẽ. Et assidentes cruci seruabant eum ne quis tolleret eũ. Quin & titu lus ludibrii causa imposit9 est cruci: Hic est iesus rex Iudæorũ, qui tamẽ ipse honorificẽtior erat, quàm vt ferre possent iudæi. Siquidẽ apud Pilatũ egerant, vt is titulus corrigeret̃, nec poneret̃ rex iudæorũ, sed hic fecit se regẽ iudæorũ. Atq; hac vna in re passi sunt Pi latũ vincere. Quin & hoc curatũ est à iudęis, vt simul cũ eo crucifigerent̃ duo latrones, sic vt iesus medius,

à dextris haberet vnum, ad leuam alterū, vt omnib9 & ipse vanus & impostor haberetur, & illorum similis, quibus erat adiūctus. His tantis malis nōdum erat saturata Iudæorū crudelitas. Insultāt crucifixo, ac prætereūtes cōuicia iaciebant in eum, motis capitib9 subsannātes eum, ac dicentes: Vah, tu ille, qui demoliris templū dei, & in triduo rursus instauras? Pollicebaris aliis salutem, nūc saluū fac temetipsum. Iactābas te filium dei, nūc igitur descēde de cruce. Similiter & principes sacerdotum vnà cum scribis & seniorib9 populi conuiciis insultabant illi. Aliis salutem contulit, nūc sibiipsi non potest esse saluti. Si rex Israel est, vt videri voluit, declaret nūc quid possit, descendat de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, quem iactabat patrem suum, liberet eum nunc, si diligit eum. Atq; vt omni ex parte conuiciis incesseretur innocētissimus Iesus, latrones quoq; supplicii socii similia quædam exprobrabant illi. Quæ omnia pertinaci patiētia tolerauit Iesus, vt perageret salutiferum illud pro omnibus sacrificium. Continuit virtutē diuinam, & humanā naturam totam omnibus cruciatibus exposuit. Et adeo non regessit, aut vltus est tam atrocem maledicētiam, etiam morienti irrogatam, & ipsa cruce acerbiorē, vt patrem interim deprecatus sit pro militib9, ac Iudæis insultantibus, & alterum à latronibus resipiscentem receperit in paradisum suū. Sol ipse sensit innoxii supplicium

plicium, & huius facinoris tam impii non ſuſtinuit eſ
ſe ſpectator. Obduxit atra nube faciem ſuam, & [redacted]
[redacted] caligo quædam obtexit, ab hora ſex-
ta vſq; ad horam nonam. Nec interim diſcuti potuit
caligo Iudaicarum mentium. Porrò circiter horā no
nam: Ieſus clamat voce magna dicens: illud ē pſal-
mo: Heli heli Lamazabatani: Deus meus, deus me⁹,
Quare me deſeruiſti? Quidam autē aſtantes, & audi
entes procul Heli, ac ſuſpicantes eum implorare auxi
lium Heliæ, dicunt: Heliam vocat iſte? Videamus
an opituletur illi. Tum Ieſus vt oſtenderet veram eſſe
mortem, quam pro omnibus oppetebat. Clamauit, ſi
tio: Solet enim ſitis vulnera, & ſanguinis profuſionē
comitari, quæ nōnunquam eſt illis ſupplicium morte
atrocius. Et accurrēs quidā ſpōgiam imbutam aceto,
impoſitam ſummæ arūdini admouit ori pendentis.
Vehementer ſitiebat Ieſus ſalutē hominū, ſed Iudæi
præter fel & acetum nihil offerunt. Itaq; rurſus abſti
nuit, dicens: Conſummatum eſt, ſignificans nihil eſſe
prætermiſſum, quod ad eius ſacrificii ritum pertine-
ret. Moxq; vt declararet ſeſe ſponte ponere animam
ſuam, vbi ſpiritum ſuum patri commendaſſet, emiſſa
magna voce, & inclinato capite mortuus eſt. Ac pro-
tinus omnia teſtata ſunt mortē efficacem domini Ie-
ſu. Siquidem velum templi quod ſeparabat ſancta à
reliqua parte templi, vltro ſciſſum eſt in duas partes,

indicās Mosaicæ legis vmbras posthac euanituras, ad coruscātem Euangelii lucem, ad hæc terra cōcussa est, & petrę scissę sunt, Iudęis xprobrātes cordis inuincibilem duriciē, Monumēta aperta sunt, multaq; corpora sanctorū qui mortui fuerant, reuixerunt, & egressi ē monumentis post Christi resurrectionē venerunt in sanctam ciuitatē Hierusalem & apparuerunt multis, pręcones ac socii resurrectionis Iesu. Porrò cēturio & huius comites qui aderāt vt seruarent Iesum, sentiētes terræmotū, tenebras, petras scissas, cęteraq; prodigia, vehemēter timuerunt dicentes: Vere filius dei erat iste. Aderant autem illic & fœminę complures, procul spectantes quæ gerebantur, quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa, subministrātes illi necessaria, inter quas erat Maria Magdalene, & maria mater Iacobi, & Ioseph, item mater filiorū Zebedæi. Quum autem imminere nox, diues quidam Decurio Arimathiēsis nomine Ioseph, qui & ipse fuerat discipulus Iesu, adiit pręsidē, petens sibi donari corpus Iesu. Pilatus admiratus si iā esset mortuus, vir florenti ętate, & cuius crura nō fuissent fracta, simulatq; ex Cēturione certo cognouit esse mortuū, iussit illi donari corpus exanime. Ille acceptū inuoluit sindoni mundæ, ac reposuit illud in monumēto nouo, quod exciderat in saxo. Et aduoluto saxo ingenti ad ostium monumēti, abiit. Et hoc actum cō silio diuino, ne sęuirēt in cadauer, aut ne quis suffosso sepul-

ſepulchro poſſet furtim tollere. Ac ceteris quidem di- greſſis, perſeuerarunt illic duę, maria Magdalene & altera quædam, ſedentes è regione ſepulchri, & expectātes quod promiſerat domin⁹ ſe reuicturum. Poſtridie vero paraſceues, rurſum principes ſacerdotum & pharisæi, conueniunt ad Pilatum, confirmaturi reſurre/ctionis veritatem, dum eam conantur impedire, di/cuntq; præſidi: Domine, recordamur quod impoſtor ille, dum adhuc viueret, dixerit ſe poſt triduum reſur/recturum. Iube igitur cuſtodiri ſepulchrum vſq; in tertium diem, ne veniant diſcipuli eius, & ſuffurentur corpus eius, plębiq; perſuadeāt eū reſurrexiſſe. Quod ſi fiat, nihil promouerimus, ſed erit error poſterior peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite cu/ſtodite ſicut noſtis. Illi vero dum reſurrecturo conan/tur exitum occludere, auxerunt miraculum & fidem ſurrectionis. Adhibitis cuſtodiis munierūt ſepulchrū, lapide quoque qui claudebat os ſepulchri obſignato, ne quid fraudis eſſe poſſit vel in cuſtodibus.

CAP. XXVIII.

QVVM autem adeſſet veſpera ſabbati prio/ris, cuius finem excipiebat diluculum diei ſe/quentis, qui primus erat hebdomadæ ſucceſſuræ, Maria Magdalene, & illa altera Maria nocte paratis aromatibus, mane rurſum adierunt ſepulchrum, vt viderent quid eſſet actum, & vngerent corpus Ieſu. Et factus

est terręmotus ingens. Q uumq; mulieres inter se consultarent, quomodo possent amoliri lapidem ab ore monumenti (erat enim maior, quam vt fœmineis viribus posset amoueri) ecce Angelus domini descendens de cœlo, amouitq; saxum ab hostio monumenti, ac deinde insedit illi. Erat autem facies Angeli simi lis fulguri, ac vestimenta eius niueo candore lucentia. Ad huius aspectum expauefacti sunt custodes sepulchri, adeoq; exanimati, vt mortuis similes stupefacti iacerēt. Angelus autē cōsolat? est mulieres dicēs: Isti merito exanimātur, ad gloriā resurrectionis, qui perseuerant in incredulitate sua. Ceterū nolite timere vos, scio enim q; Iesum queritis, qui crucifixus fuit. Iā reliquit sepulchrū, ac prestitit quod se facturū pmiserat, hoc est, tertii diei diluculum. Itaq; resurrexit. Venite videte locū, qui corpore vacuus, corporis adhuc habet vestigiū, habet & corporis exuuias, lintea, quib? fuit inuolutus. Hæc vobis fidē faciet, si mihi parū creditis. Sed propere abite & annūciate hæc, quæ vidistis reliquis discipulis, morti domini sui mœstis, quod resurrexit. Quē si videre cupitis, ecce pcedet vos in Galileā, quē admodū ante mortē pollicitus fuerat, ibi licebit eum aspicere viuū quē luxistis mortuū. Ecce pdixi vobis. Et inspecto monumēto vacuo, quod occlusum conceperāt, celeriter regressę sunt, partim pauidę ob magnitudinem miraculi, partim ingenti gaudio correptæ

ob

ob desiderium ac spem videndi dominũ rediuiuum, curruntq́ꝫ vt hoc gaudium cõmunicent discipulis ie su. Atq́ꝫ inter eũdum, obuius fit illis iesus, quo certio ra nunciare possent. Quibus pauidis, vt animum red deret, dixit: Auete: Illæ viso & agnito domino, adie rũt & amplexæ pedes adorauerũt eum. Rursum iesus, vt illis omnem pauorẽ adimeret, quo rectius percipe rent, quæ essent dicenda, ait: Nolite timere: Ite nũcia te fratribus meis, quæ vidistis: ac iubete eos proficisci in Galilæam, ibi me videbũt. Quæ quũ abissent, quo resurrectionis fides etiam inimicorũ testimonio cõfir maretur, quidã ẽ custodib⁹ relicto sepulchro, abierũt Hierosolymã, ac renũciauerunt principibus sacerdo tum quæ gesta fuerant, quemadmodũ clauso & obsi gnato sepulchro, nõ esset repertũ corpus. Et quemad modũ angelus mirabili specie submouerit saxũ, deq́ꝫ terræmotu, & quemadmodũ metu fuerint exanimati. Et quemadmodũ audierint angelum cum mulierib⁹ colloquentem. Hæc vbi audissent à custodibus sacer dotes, inito rursus consilio cum senioribus, quũ res esset manifestior, quàm vt posset dubitari, mendaciũ ab illis pecunia redimunt, quemadmodum ante pro ditoris operam pecunia redemerant, nisi quod maio re summa redimunt operã mentientiũ, quàm proden tis: Tacete, inquiunt, quæ vidistis, sed in vulgus spar gite q̃d discipuli eius noctu venerint & suffurati sint

eum vobis dormientibus. Quod si hoc cōmentum fuerit delatum ad præsidem vestrum, nos illi persuadebimus, vosq́ liberabim9 omni periculo negocii. Milites igitur accepta pecunia fecerunt quemadmodū fuerant edocti, & inuenit cōmentum tam friuolū in populo fidem. Nam rumor hic in hodiernū vsq; diem diuulgatus est apud Iudæos incredulos. Porrò discipuli vndecim moniti à mulieribus, profecti in Galilæam cōscenderūt mōtem, quē illis designarat Iesus. Illic sese conspiciendū prębuit. Viderūt & agnouerūt eundem dominū suū, & adorauerunt veluti iam sublimem ac cœlestem. Nōnulli tamen adhuc dubitabant, donec plurimis ac certissimis argumētis, & illis fides facta est. Quāquam & illorū dubitatio profecit ad fidei nostræ certitudinem. Accedēs igitur propius ad illos Iesus, nō solum cominus se cōspiciendū & cōtrectandum præbuit, verūetiam voce nota, consuetáq; loquutus est eis: declarans sese morte sua consequutū regnum, & autoritatem in cœlo pariter atq; in terra: In cœlo vbi semper regnarat cum patre, In terra vbi posthac regnaturus esset, nō præsidiis tyrānicis, sed p fidē credentiū. Atq; huius Euāgelici regni functionē impartiturus & discipulis, suis vestigiis ingressuris, mandans eis officiū Euangelii prædicandi, nō solum apud Iudæos, sed apud vniuersas gentes, autoritatem baptizandi, & per spiritum sanctum condonandi

di peccata omnibus, qui syncero pectore profiterētur Euangelicā vitam, & hos erudiendi, formandiqꝫ, non iuxta legem Mosaicā, neqꝫ constitutiones pharisaicas, sed iuxta præcepta ipsius, donec adolescerent, vsqꝫ ad perfectionē Euangelicæ philosophiæ. Ac ne quid diffiderent, ꝙ iam non cum eis assidue versaturus esset, promittit nec illoꝝ sodalitiū vnquā interiturū, nec se suis vnquā defuturū, sed spiritu, virtuteqꝫ semper suis fore presentem, vsqꝫ ad huius mundi finem extremū: Data est, inquit, mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Vidistis per imbecillitatem carnis esuriētem, sitientem, lassescentem, egenum, contemptum, captum, vinctum, consputum, damnatum, cæsum, crucifixum, omni cōtumeliarum genere coopertum, & quodammodo infra infimos deiectum homines. Hæc omnia quoniam volens ac sponte toleraui pro salute mortalium, pater me suscitauit à morte, & immortalitatis gloria donatum euexit ad regni sui consortiū, meęqꝫ potestati ac ditioni subiecit omnia, quæ cœlo terraqꝫ continentur. Non habetis autorem cui debeatis diffidere, non habetis dominum pœnitendum. Vt pro omnium salute sum mortuus, ita nulla est natio gentium, quæ mei iuris non sit. Vestræ partes erunt mihi vindicare quod in vobis est, omne hominum genus. Vindicabitis autem non armis bellóue, sed iisdem rationibus, quibus ego mihi ius hoc peperi doctrina

sacra, vita Euangelio digna, beneficentia gratuita, tolerantia malorum. Ite igitur tanquã bonæ fidei legati, ac me autore freti docete, primum quidem Iudęos, mox finitimos, deinde cunctas totius orbis nationes: docete quid de me credere, qd ex me sperare debeãt. Primum vt agnoscant patrem cœlestem rerum omnium visibilium, & inuisibilium conditorem, moderatorem & instauratorem. Cuius potentiæ nemo resistere potest, quum sit omnipotens: cuius scientiam nemo fallit, quum nihil non videat: cuius iudiciũ nullus effugiet, à quo ceu fonte manat quicquid boni rei est vsquam: cui debetur omnis honos, laus, & gratiarum actio. Agnoscant & filium illius Iesum, per quem ęterno suo & inscrutabili cõsilio, statuit hominum genus liberare à peccati mortisq; tyrannide, & per Euangelicam doctrinam aperire viam ad æternam felicitatẽ. Qui hac de causa ex illius voluntate descendit in terras, natus est homo verus è virgine Maria, diuq; versatus homo inter hoîes, docuit cœlestẽ philosophiam, quę sola beatos reddit. Et innocens pro totius mũdi peccatis afflictus est, & in cruce mortuus. Conditus sepulchro, resurrexit tertia die, iuxta vaticinia prophetarum. Hinc, dies complures versatus cum suis, ac certis argumẽtis declarata resurrectionis veritate, rursus ascẽdit in cœlum, vbi veluti consors regni glorięq; paternæ, dexter assidet patri omnipotẽti. Olim denuo venturus

turus in mundū, nō humilis, vt ante, sed cum maiesta te diuina, nō seruator, sed iudex: & eorū, quos ille dies reperiet in viuis: & eorū, quos iā mortuos angelica tu ba subito reuocabit ad vitā. Vt illius ineuitabili iudi/ cio, quisq; mercedē recipiat suis factis dignam. Agno scant & spiritū sanctū, quē vobis iam ex parte impar tii. Copiosius impartiturus, vbi me recepero in cœlū, cuius arcan9 afflatus, cōsolabitur, docebit, & corrobo rabit animos mihi fidētiū, & infusus per animos om nium, mutua charitate cōglutinabit, & considerabit, quotquot Euangelicā fidē ex animo fuerint professi, quacūq; ex gēte sint oriundi. Et si quis quid delique rit per humanā imbecillitatē, veniam suorū peccatoꝝ consequet modo ne se separet a fœdere cōtubernioq; sanctoꝝ. Et quicunq; ad hoc fœdus sese adiūxerit, illi gratis cōdonabuntur omnia superioris vitæ peccata. Deniq; ne quis in hac vita putet expetēda benefacto rum pręmia, aut vltionē moliatur aduersus maleficos: sciāt hoc olim in ipsis futurū, qđ in me factū videtis. Reuiuiscent mortui, & suo quęq; aīa corpori restitue tur. Quod simul atq; factū erit, quicūq; pertinebunt ad hanc sanctā sodalitatē, mihiq; cōstāter adhæserint, mecum ad vitam ęternam transferentur, vt participes sint felicitatis, qui socii & ęmuli fuerunt afflictionum. Hęc vbi illos docueritis, si crediderint quę docuistis, si pœnituerit vitę prioris, si parati fuerint amplecti do

ctrinā

ctrinā Euangelicā, tū tingite illos aqua, in nomine pa
tris, & filii, & spiritus sancti, vt hoc sacro symbolo cō
fidāt sese liberatos ab omniū peccatorꝫ suorū sordib⁹
gratuito beneficio mortis meæ, iāqꝫ cooptatos in nu
merū filiorū dei. Nemo circūcidatur, nemo baptizet
in nomine Mosi, aut cuiusquā hominis. Agnoscāt om
nes, cui debeāt salutem suam, vnde pēdere totos opor
teat. Nec onerētur Mosaicis aut humanis ceremoniis:
Sufficiat hoc symbolum omnibus ad Euāgelii profes
sionem trāseuntib⁹, quod vbiuis facile est ac parabile.
Cæterum ne quis satis esse putet ad salutem, semel esse
tinctum ac professum Euāgelicā fidem. Rursus docen
di sunt, quibus modis tueri possint innocētiā, quib⁹
rationibus progredi queant ad perfectionem Euāgeli
cę pietatis. A me nihil omissum est, quod pertineat ad
parandam salutem ęternam. Nec spiritus ille cœlestis,
quem accipietis patietur vos obliuisci, quod à me di-
dicistis. Quicquid igitur ego p̄cepi vobis, id illis ser-
uādum tradite. Non autem pręscripsi vobis Mosaicę
legis ceremonias, quas iam velut vmbræ ad lucē Euā
gelicę veritatis euanescere oportet: nō pharisaicas con
stitutiūculas, sed ea quę sola pręstāt veram innocentiā
ac pietatē, quęqꝫ sola vos deo charos reddāt, vereqꝫ fe
lices. Hęc igitur docete nomē meū professos, nō ora-
tione tātum, sed & vita: queadmodū ego quicquid do
cui, factis pręstiti. Dum hæc agitis, dūqꝫ mortales cœ
lo

lo asseritis, coorietur in vos mūdus, sicut in me coortus est: Nō enim cōuenit spiritui meo, cum spiritu huius mundi. meaq; doctrina tota pugnat cum affectibus eorum qui diligunt ea, quę sunt huius mūdi. Hi magnis tumultibus coorientur in vos, verum nō est, quur diffidatis, quālibet humiles, quālibet idiotę, quālibet imbecilles, quālibet pauci. Ego vici mundum, & vos meo præsidio meoq; exemplo vincetis. Mea virtute non vestra superabitis, quicquid hic mundus habet formidabile. Quāquā autem corpus hoc subducturus sum in cœlum, quod sic expediat vobis, tamen nunquā vos destituam. Nam posteaquā corpore desiero esse vobiscū, tum efficacius adero spiritu meo. Adero autem vsq; ad mundi finem. Porrò quando sit futurus mundi finis, nec refert, nec expedit vos scire. Interim agite quod vobis mandatum est, semper in illum diem parati. Qui quandocunq; venerit, tum vos quoq; deposita mortalitate, toti mecum eritis, cō sortes regni paterni, cuius nullus erit finis.

PARAPHRASEOS IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM FINIS, PER ERASMVM ROTERODANVM.

REVEREN DISSIMO D. D. MATTHAEO CARDINALI SEDVNEN/ SI, ERASMVS RO/ TERODAMVS S. D.



ANDEM ausus sum
me cõmittere itineri ger
manico, quũ tota via vn
diq; militibus esset oper
ta. Adeo multos cõtem/
nebã, quos paucos me/
tuissem. Misere cupie/
bam adesse nouo Testa/
mẽto, iam tertio renascẽ
ti. Græcꝰ ille malebat ter
in acie stãs Martis aleam experiri, q̃ semel parere. At
quanto nos infeliciores, quibus idem fœtus toties est
parturiẽdus. Cæterũ quũ asina per medios ignes suis
pullis succurrere tradatur: non mirũ, si nos per tot pe/
ricula subinde trãscurramus ad fœtus nostros. Sed pa
rum abfuit, quin frustra periculosum ac molestũ iter
susceperimꝰ: mox enim ad nidorem hypocaustorum
ægrotare cœpimus, vixq; recreatos morbus sic repe/
tiit, vt nõ abessemus à periculo vitæ. Sed interea tamẽ
semiani

semianimes paraphrasim in Euangeliũ Matthæi absoluimus: quam operam & ego tibi Bruxellę receperā: & tu Mediolanũ proficiscēs, Germaniæ meo nomine promiseras. Neq; nescit tua celsitudo, ꝙ illa sit improba flagitatrix. Eadem igitur opera tuam simul & meā fidem liberare studui. Valetudini cōgruebat argumētũ, in quo vel emori piũ sit & optabile. Sumus vtriq; in negocio, nescio ꝙ simili, certe toti. Vtinā vtriq; succedat quod agit, immo vtinā in Christi gloriā æque cedat quod agimus omnes. Nescio quod sidus infaustum, quisue genius malus hos tātos tumultus excitat inter mortales. Nec satis est sic bellis intestinis, regna, ciuitates, summos orbis monarchas, inter se collidi, nisi studia literarũ, nisi religio, fidesq; Christiana tā periculosis dissidiis cōcuterentur. Equidem si tantis malis nullum adhibere remedium possit, certe me duce aut autore nullus erit factiosus. Video seculũ hoc esse malum ac periculosum. Quid moliantur quidā aut quid parturiat mundus, nescio. Ego quod semper feci, non desinā fauere glorię Christi. Homũculꝰ sum misellus, qui minus possim ꝙ nihil: tamē voluptati est mihi reflorescere, ac velut ἀναζωπυροῦσαι doctrinam Euāgelicā. Quā qdē ad rem vtinā liceat tantũdē adferre momēti, quātũ cupimꝰ. Certe sedulo, bonáq; fide conamur. Hic animꝰ sibi cōsciꝰ est, & testē habet Christũ, q̄d nec opes ambit, quarũ nũquā fuit auidus: nec honores,

nores, a qb⁹ semp abhorruit: voluptates multo min⁹, q̃ nec ætatẽ hãc deceãt, si libeat frui, & breui mihi sciã esse relinquẽdas. Illud mihi poti⁹ studio est, cõmeatũ aliquẽ parare, quò instruct⁹ hinc fœliciter emigrẽ ad Christũ, cui nr̃a desudãt studia. Vtinã pariter succedat hic conat⁹ noster ac successit in ep̃lis ap̃licis. Iam eñi passim terũtur manib⁹ etiã laicorũ. Atq; vtinã p istas negociorũ ꝓcellas, amplitudini tuæ liceat hoc agere, qđ solũ erat agẽdũ. Et tamẽ quãtũ licet scio te fauere negocio Christi, ꝓinde nõ dubito, qn faueas & Erasmo. Op⁹ dicauim⁹ optimo principi Carolo, partim qđ diuinarẽ, vt est pietate singulari, hoc illi⁹ maiestati fore gratissimũ, ptim vt tam fauorabili titulo pluriũ animis cõmẽdaret. De Leone nr̃o cœpt⁹ est hic spargi rumor, quẽ magnopere cupiã esse vanũ. Nihil illi⁹ ingenio miti⁹, vnice faueat honestis literis. In me peculiari quodã animi fauore ꝓpensus erat, sed mortalis erat. Si visum est deo pastorẽ suũ ad solidiorẽ fœlicitatem euocare, precor, vt nobis cõtingat aliqs tui similli⁹: si qs tamẽ tui similior esse potest, q̃ŋ es ipse tui. R.D.T. diu florẽtẽ & incolumẽ seruet dñs Iesus. Basileæ postridie Idus Decẽbris. Anno. M.D.XXI.

Compluti in Aedibus Michaelis de Eguia. Anno. M.D.XXV. pridie Calendas Iulii.



rate
Chr
dur.